Iam in seriem: $\frac{1}{y^2 - \beta^2}$ ducatur: $\frac{1}{y + \beta}$, fiet $\frac{1}{y - \beta, y + \beta, \square}$, quae pendet ex ista $\frac{1}{y^2}$. Nam momentum eius ex $y + \beta$. habetur, momentum vero eius ex $y - \beta$. est $\frac{1}{y + \beta, \square}$, vel $\frac{1}{y^2}$. $y^2 - \beta^2 \wedge y^2 + \beta^2$ facit $y^4 - \beta^4$. $y^2 - \beta \wedge y^2 + \beta$ dabit $y^4 - \beta^2$.

Videamus an non $\frac{1}{y^2, y + \beta, \square}$, possit haberi absolute, quadrata scilicet triangularium. Eius momentum ex y est $\frac{1}{y, y + \beta, \square}$, eius momentum ex $y + \beta$, est $\frac{1}{y^2, y + \beta}$. Horum differentia est cylinder seriei. Porro huius $\frac{1}{y + \beta, \square, y}$, momentum ex $y + \beta$, est series triangularis, momentum eiusdem ex $[y]$, est $\frac{1}{y + \beta, \square}$. Ergo ser. $\Delta^{\text{lar.}} - \frac{1}{y + \beta, \square} \square \frac{1}{y, y + \beta, \square}$. Alterius vero: $\frac{1}{y^2, y + \beta}$, momentum ex y est series triang. ex $y + \beta$. est $\frac{1}{y^2}$. Ergo $\frac{1}{y^2} - \text{ser. } \Delta^{\text{lar.}} \square \frac{1}{y^2, y + \beta}$.

1 ergo (1) momentum (2) has L 9 vel $\frac{1}{y^2}$. (1) Momentum eius ex (2) $y^2 - \beta^2 \wedge y^2 + \beta^2$ L
 13 $\frac{1}{y}$ L ändert Hrsg. 13 Ergo (1) $\frac{1}{y, y + \beta}$ (2) ser. $\Delta^{\text{lar.}}$ L

10f. quadrata ... triangularium: s. o. Erl. zu N. 38₇ S. 438 Z. 11 f.

Iam, ex dictis: $\frac{1}{y^2, y + \beta} - \frac{1}{y, y + \beta, \square} \sqcap \frac{1}{y \wedge y + \beta, \square}$. Ergo substitutis valoribus: $\frac{1}{y^2} - \text{ser. } \Delta^{\text{lar.}}, - \text{ser. } \Delta^{\text{lar.}} + \frac{1}{y + \beta, \square} \sqcap \frac{1}{y \wedge y + \beta, \square}$. Iam supra plag. huius schediasm. 5

5. $\frac{1}{y^2} \sqcap C + \frac{1}{b}$. et $C \sqcap \frac{1}{2b^2} + \frac{B}{2}$. et B est $\frac{1}{y, \wedge y + \beta, \square}$. Ergo $\frac{1}{y^2} \sqcap \frac{1}{2b^2} + \frac{B}{2} + \frac{1}{b}$. Iam $\frac{1}{y^2} + \frac{1}{y + \beta, \square} \sqcap \frac{2}{y^2} - \frac{1}{b^2}$. ergo $B \sqcap [-]2 \text{ ser. } \Delta^{\text{lar.}} + \frac{[2]}{y^2} - \frac{1}{b^2}$. quo in aequatione praecedente novissima, pro B substituto fiet: $2 \text{ ser. } \Delta^{\text{lar.}} \sqcap \frac{2}{b}$. quod dudum constat. Indicium (calculi 5
recti.)

$\frac{1}{y^2 \wedge y^2 - \beta^2}$ puto haberi posse. Nam: eius momentum ex $y + \beta$, est $\frac{1}{y^2, y - \beta}$. Eius momentum ex $y - \beta$, est $\frac{1}{y^2, y + \beta}$. Ergo $\frac{1}{y^2, y - \beta} - \frac{1}{y^2, y + \beta} \sqcap \frac{2}{y^2, y^2 - \beta^2}$ (1). Iam: $\frac{1}{y^2, y - \beta}$ ex $y - \beta$, dat $\frac{1}{y^2}$, ex y dat $\frac{1}{y, y - \beta}$. Ergo $\frac{1}{y, y - \beta} - \frac{1}{y^2} \sqcap \frac{1}{y^2, y - \beta}$ (2).

Eodem modo: $\frac{1}{y^2, y + \beta}$ per $y + \beta$ dat $\frac{1}{y^2}$, per y dat $\frac{1}{y, y + \beta}$. Ergo (3) $\frac{1}{y^2} - \frac{1}{y, y + \beta} \sqcap$ 10
 $\frac{1}{y^2, y + \beta}$. Ergo in aeq. 1. substitutis valoribus ex aeq. 2. et 3. fiet:

$$\frac{1}{y, y - \beta} - \frac{1}{y^2} - \frac{1}{y^2} + \frac{1}{y, y + \beta} \sqcap \frac{2}{y^2, y^2 - \beta^2}, \text{ sive:}$$

$$\frac{2}{y, y + \beta} + \frac{1}{b + \beta, b + 2\beta} - \frac{2}{y^2} \sqcap \frac{2}{y^2, y^2 - \beta^2}. \text{ Hinc illud saltem ducimus:}$$

$$\frac{2}{y^2, y^2 - \beta^2} + \frac{2}{y^2} \left(-\frac{2}{y, y + \beta} \right) - \frac{2}{b} \sqcap \frac{1}{b + \beta, b + 2\beta}, \text{ sive}$$

7 Über haberi posse: Imo non.

4 – erg. Hrsg. 4 1 L ändert Hrsg.

2 supra: s. o. N. 387 S. 441 Z. 1–3 bzw. die Gleichungen (2) und (5) S. 443 Z. 8. 8–11 Leibniz setzt im Zähler der rechten Seite der Gleichungen (1)–(3) stillschweigend $\beta = 1$.

$\frac{2}{y^2, y^2 - \beta^2} + \frac{2}{y^2} \sqcap$ cognito $\frac{1}{b + \beta, b + 2\beta} + \frac{2}{b}$. Habemus ergo:

$\frac{2y^2, + 2y^2, y^2 - \beta^2}{y^2, y^2 - \beta^2, y^2}$ seu $\frac{2, + 2, y^2 - \beta^2}{y^2, y^2 - \beta^2} \sqcap$ cognitae $\frac{1}{b + \beta, b + 2\beta} + \frac{2}{b}$.

Superest, ut quae de circulo et hyperbola dicta sunt, perficiamus.

Series: $\frac{1}{3} \cdot \frac{1}{35} \cdot \frac{1}{99}$ etc. pendet ex quadratura circuli, et aequatur rationi quadrantis

- 5 circumferentiae ad diametrum. Ea sic enuntiabitur analytice: $\frac{1}{y, y + \frac{1}{2}\beta}$, ponendo, y . esse

arithmetice crescentes; et β . esse incrementum. Primam autem y esse $\sqcap 1$. et ipsam β .

incrementum constans esse 4. Habita autem summa unius $\frac{1}{y, y + \frac{1}{2}\beta}$, secundum hanc

quam dixi explicationem, habebitur et summa cuiuslibet, quomodocunque prima seu minima y , et intervallum constans ipsarum y , explicentur.

- 10 Quod ita ostendo: series ex quadratura circuli pendens ita erit in numeris:

$$\frac{1}{1, 1 + \frac{4}{2}} \quad \frac{1}{1 + 4, 1 + 4 + \frac{4}{2}} \quad \frac{1}{1 + 8, 1 + 8 + \frac{4}{2}} \quad \text{etc.}$$

$$\frac{1}{3} \quad \frac{1}{35} \quad \frac{1}{99}$$

Haec series quadruplicata redibit ad hanc:

$$\frac{1}{\frac{1}{4}, \frac{1}{4} + \frac{1}{2}} \quad \frac{1}{\frac{1}{4} + 1, \frac{1}{4} + 1 + \frac{1}{2}} \quad \frac{1}{\frac{1}{4} + 2, \frac{1}{4} + 2 + \frac{1}{2}}$$

- 15 Quae a serie $\frac{1}{y, y + \frac{1}{2}\beta}$ in qua prima $y \sqcap 1$. et $\beta \sqcap 1$. seu

4 aequatur (1) circumferentiae, ponendo radium esse unitatem (2) rationi L 10 ostendo: (1) primam y , (a) voce (b) quaecunque sit vocemus (2) Unitatem appellemus γ . Reducamus ad unitatem, quam iam seriem (3) series L 15 prima erg. L

13 quadruplicata: Leibniz teilt beide Faktoren der Nenner der Folgenglieder durch vier, multipliziert also in Wirklichkeit mit 16. Die Überlegung wird dadurch nicht beeinträchtigt.

$$\frac{1}{1, 1 + \frac{1}{2}} \quad \frac{1}{2, 2 + \frac{1}{2}} \quad \frac{1}{3, 3 + \frac{1}{2}} \quad \text{in eo tantum differt, quod prima } y.$$

sumta est non 1. sed $\frac{1}{4}$. Auferantur a se invicem, sane: $\frac{1}{y, y + \frac{1}{2}\beta} - \frac{1}{y + \frac{3}{4}, y + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}\beta}$

fiet:

$$\begin{aligned} & \boxed{y^2} + \frac{3}{4}y + \frac{1}{2}\beta y + \frac{9}{16}, \boxed{-y^2 - \frac{1}{2}\beta y} \\ & \frac{y + \frac{3}{4}, y + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}\beta, -y, y + \frac{1}{2}\beta}{y, y + \frac{1}{2}\beta \left[y + \frac{3}{4} \right], y + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}\beta} \quad \square \quad \frac{\frac{3}{4} + \frac{3}{8}\beta}{y, y + \frac{1}{2}\beta \left[y + \frac{3}{4} \right], y + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}\beta} \quad \text{sive} \quad 5 \\ & \frac{\frac{3}{4}y, + \frac{3}{4} \wedge y + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}\beta}{y, y + \frac{1}{2}\beta \left[y + \frac{3}{4} \right], y + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}\beta} \quad \square \quad \frac{\frac{3}{4}}{y + \frac{1}{2}\beta \left[y + \frac{3}{4} \right], y + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}\beta} + \frac{\frac{3}{4}}{y, y + \frac{1}{2}\beta \left[y + \frac{3}{4} \right]} \\ & \square \frac{1}{y, y + \frac{1}{2}\beta} - \frac{1}{y + \frac{3}{4}, y + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}\beta}. \end{aligned}$$

Habenda est ergo series ista: $\frac{1}{y + \frac{1}{2}\beta, y + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}\beta}$. Fiet $\frac{1}{1 + \frac{1}{2}, 1 + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}}$ seu $\frac{1}{\frac{9}{4} + \frac{9}{8}}$
 seu $\frac{8}{27}$; et $\frac{1}{2 + \frac{1}{2}, 2 + \frac{3}{4} + \frac{1}{2}}$ sive $\frac{1}{\frac{25}{4} + \frac{15}{8}}$ $\frac{8}{50 + 15}$ etc. sed haec progressio parum
 $\underbrace{\hspace{1.5cm}}_{\frac{5}{2}}$

tractabilis.

10

2 sane: (1) $\frac{1}{\frac{1}{4}, \frac{1}{4} + \frac{1}{2}}$ (2) ponendo z pro y et γ pro β | quando non significant 1, fiet: *streicht Hrsg.* |
 $\frac{1}{y, y + \frac{1}{2}\beta} - \frac{1}{z, z + \frac{1}{2}\gamma} \quad (3) \quad \frac{1}{y, y + \frac{1}{2}\beta} L \quad 5f. \quad , y + \frac{3}{4} \text{ erg. Hrsg. f\u00fcnfmal}$

$$\begin{array}{l}
\frac{1}{1} - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} - \frac{1}{11} \text{ etc. ex circulo.} \\
\frac{1}{2} - \frac{1}{4} + \frac{1}{6} - \frac{1}{8} \text{ [etc.] ex hyperbola. Huius duplum} \\
\frac{1}{1} - \frac{1}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4} + \frac{1}{5} - \frac{1}{6} \text{ etc. Ex qua auferatur praecedens ad circulum, fiet:} \\
* - \frac{1}{2} + \frac{2}{3} - \frac{1}{4} * - \frac{1}{6} + \frac{2}{7} - \frac{1}{8} * - \frac{1}{10} + \frac{2}{11} \text{ etc. Si contra addatur, fiet:} \\
5 \quad \frac{2}{1} - \frac{1}{2} * - \frac{1}{4} + \frac{2}{5} - \frac{1}{6} * - \frac{1}{8} \text{ etc.} \\
\text{Si ab } 1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} \text{ etc.} \\
\text{auferas } \frac{1}{2} - \frac{1}{4} + \frac{1}{6} - \frac{1}{8} \text{ etc.} \\
\text{fiet : } \frac{1}{2} - \frac{1}{12} + \frac{1}{30} - \frac{1}{56} \text{ etc.} \\
\text{Porro } \frac{1}{2} \quad \frac{1}{6} \quad \frac{1}{12} \quad \frac{1}{20} \quad \frac{1}{30} \quad \frac{1}{42} \quad \frac{1}{56} \quad \frac{1}{72} \text{ etc. habentur.} \\
10 \quad \frac{1}{2} \quad \frac{1}{12} \quad \frac{1}{30} \quad \frac{1}{56} \text{ habetur ex quad. hyp.} \\
1 - \frac{1}{2} \quad \frac{1}{5} - \frac{1}{6} \quad \frac{1}{9} - \frac{1}{10}. \\
\text{Iam } 1. \frac{1}{5} \cdot \frac{1}{9} \text{ etc. } \sqcap \frac{b^1}{1} + \frac{b^5}{5} + \frac{b^9}{9} \sqcap \frac{1}{1+y^4}. \text{ Vid. seq. plagulam VIII.}
\end{array}$$

2 etc. *erg. Hrsq.*

12 $\sqcap \frac{1}{1+y^4}$: Leibniz will sagen, daß die Summe der $\frac{1}{1+y^4}$ mit der linken Seite gleich ist; richtig wäre $\frac{1}{1-y^4}$, s. u. N. 38₁₀ S. 465 Z. 11–13.

38₁₀. DE SERIERUM SUMMIS ET DE QUADRATURIS PARS OCTAVA

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 4 Bl. 18–19. 1 Bog. 2°. 4 S.
Cc 2, Nr. 775 A tlw.

Schediasmatis de serierum summis pars VIII.

$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{12}$ $\frac{1}{20}$ $\frac{1}{30}$ $\frac{1}{42}$ $\frac{1}{56}$ $\frac{1}{72}$ $\frac{1}{90}$ $\frac{1}{110}$, etc. habentur absolute π 1. 5

$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$ $\frac{1}{30}$ $\frac{1}{56}$ $\frac{1}{90}$ [etc.] ex quad. hyperbolae.

$\frac{1}{2}$ $-$ $\frac{1}{12}$ $+$ $\frac{1}{30}$ $-$ $\frac{1}{56}$ $+$ $\frac{1}{90}$ etc. exhibent differentiam circuli et hyperbolae seu residuum quadrantis, detracto spatio hyperbolico dimidiato.

Quare si inveniretur separatim $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{30}$ $\frac{1}{90}$ [etc.], tunc data quad. hyperbolae, daretur circuli quadratura. Iam $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{30}$ $\frac{1}{90}$ etc. resolvemus in $\frac{1}{1}$ $-$ $\frac{1}{2}$ $+$ $\frac{1}{5}$ $-$ $\frac{1}{6}$ $+$ $\frac{1}{9}$ $-$ $\frac{1}{10}$ etc. Cuius 10
seriei quadraticis quaeratur figura. Quaeramus primum figuram seriei quadraticis; $\frac{1}{1}$ $\frac{1}{5}$
 $\frac{1}{9}$ [etc.] sive: $\frac{b}{1} + \frac{b^5}{5} + \frac{b^9}{9}$ etc. quae fit ex summis omnium: $1 + y^4 + y^8 + y^{12}$ etc. quarum
quaelibet aequalis huic ordinatae: $\frac{1}{1 - y^4}$.

Eodem modo series quadratrix $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{10}$ etc. originem habet $\frac{b^2}{2} + \frac{b^6}{6} + \frac{b^{10}}{10}$ etc. quae
est summa ordinarum, $y + y^5 + y^9$ etc. π $\frac{y}{1 - y^4}$. et figura cuius series quadratrix 15
est $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{30}$ $\frac{1}{90}$ etc., erit $\frac{1 - y}{1 - y^4}$ π x . Sed $1 - y^4$, dividi potest per $1 - y^2$, et $1 + y^2$; et

6–12 etc. *erg. Hrsg. dreimal* 8f. hyperbolae | seu residuum (1) circuli (2) circumferentiae in
unitatem, (3) quadrantis ... dimidiato *erg.* |. Quare *L* 13–16 ordinatae: (1) $\frac{1}{1 + y^4}$... $y + y^5 + y^9$
etc. π $\frac{y}{1 + y^4}$... erit $\frac{1 - y}{1 + y^4}$ (2) $\frac{1}{1 - y^4}$ *L* 16 per (1) $1 - y$, et provenit, $1 - y^3$, (2) $1 - y^2$, et (a)
 $1 - y^2$ (b) $1 + y^2$ *L*

$1-y^2$, dividi potest per $1-y$, et fit $1+y$. Ergo ducendo $1+y^2$, in $1+y$, fit: $\frac{1}{y^3 + y^2 + y + 1}$ \square
 $\frac{1}{1+y^2} \wedge 1+y$. Sed missa figura $\frac{1}{1+y^2, 1+y}$, videamus figuram $\frac{1}{1-y, 1+y, \square}$. Eius
 5 figurae momentum, ex $1-y$, est $\frac{1}{1+y, \square}$ cuius habetur dimensio cum sit hyperbola cu-
 bica. Eius momentum ex $1+y$, est $\frac{1}{1-y^2}$. horum duorum momentorum summa aequatur
 duplo figurae cylindro. Habetur ergo huius figurae dimensio, ex data dimensione huius
 figurae $\frac{1}{1-y^2}$.

Opus est ergo ut huius figurae dimensionem quaeramus, quod eadem methodo egre-
 gie fiet: nam momentum eius ex $1+y$ dabit $\frac{1}{1-y}$, quod est cylinder spatii hyperbolici.
 Eiusdem momentum ex $1-y$ dabit $\frac{1}{1+y}$, qui est alius cylinder spatii hyperbolici, horum
 10 duorum momentorum summa, dabit duplum cylindrum ipsius figurae $\frac{1}{1-y^2}$. Ergo ut
 omnia in unum colligamus, cylindri hyperbolici, unus $\frac{a^3}{a-y}$ alter $\frac{a^3}{a+y}$, aucti cylin-
 dro hyperbolae cubicae, $\frac{a^3}{a^2 + 2ay + y^2}$ dant cylindrum figurae $\frac{1}{1-y, \wedge 1+y, \square}$, seu

1 Zur Lesart, gestrichen: Error.

Error usque ad finem paginae.


1 ducendo (1) $1-y^2$, in $1+y$, fit: (a) $\frac{1-y^2+y-y^3}{1-}$ (b) $\frac{1}{1-y^2+y-y^3}$ \square $\frac{1}{1-y^2, 1+y}$ \square
 $\frac{1}{1-y, 1+y, \square}$. Cuius figurae momentum, (aa) est $\frac{1}{1-y}$ (bb) ex $1-y$, (2) $1+y^2$ L 3f. hyperbola
 (1) qua (2) cubica L 5 duplo erg. L 10 duplum erg. L 12-467,1 dant (1) summam
 (a) figurae, (b) cylindri (2) cylindrum figurae $\frac{a^5}{a^3 + ya^2 + y^2a + y^3}$ cuius area aequatur summae $\frac{1}{2}$
 $\frac{1}{30} \frac{1}{90}$ etc. Ergo $\frac{1}{1-y} + \frac{1}{1+y} + \frac{1}{1+y, \square}$ \square $\frac{1}{2}$ (3) cylindrum figurae (a) $\frac{1}{1+y, \wedge 1+y, \square}$, seu
 $\frac{1}{1+2y+y^2, +y+2y^2+y^3}$ seu $\frac{1}{y^3+3y^2}$ (b) $\frac{1}{1-y, \wedge 1+y, \square}$ L

$\frac{1}{1 + 2y + y^2, -y - 2y^2 - y^3}$ seu $\frac{1}{-y^3 - y^2 + y + 1}$. (NB. Iam $\frac{1}{y^3 + y^2 + y + 1}$ pendet ex circulo et hyp. simul.) Addendo fiet:

$$\frac{\boxed{y^3 + y^2} + y + 1 \boxed{-y^3 - y^2} + y + 1}{1 + y^2 \wedge 1 + y \wedge 1 + y, \square, 1 - y} \sqcap \frac{2}{1 + y^2, 1 + y, 1 - y} \sqcap \frac{2}{1 + y^2 \wedge 1 - y^2} \sqcap \frac{2}{1 - y^4}.$$

Cum hoc sit maximi momenti, erroris vitandi causa de integro assumere operae pretium erit.

5



[Fig. 1]

Esto GBE . hyperbola, cuius centrum A . vertex B . Radius ut ita dicam AC . vel $CB \sqcap a$. CD . vel CH . vel $CF \sqcap y$. $AD \sqcap a - y$. AF vel $AH \sqcap a + y$. $DE \sqcap \frac{a^2}{a - y}$. $HL \sqcap \frac{a^2}{a + y}$. Ergo posita $a \sqcap 1$. erit $DE \sqcap 1 + y + y^2 + y^3 + y^4$ etc. et summa

3 Nebenrechnung: $\frac{1}{1 - y^2} + \frac{1}{1 + 2y + y^2} \sqcap \frac{1 + 2y \boxed{+y^2}, +1 \boxed{-y^2}}{1 - y, 1 + y, \text{cub.}}$ sive

$$\frac{2}{1 - y, 1 + y, \square}.$$

466,14 usque ad finem paginae: Bis zur Stufe (3) (a) der Lesart zu S. 466 Z. 12 – Z. 1 6 [Fig. 1]: Leibniz hat die Strecken HL und FG getrennt gezeichnet. Dem Text gemäß müßten die Punkte H und F und damit auch L und G zusammenfallen.

omnium DE , applicatarum ad AC , erit: $1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5}$ etc. \cap spatio in infinitum producto, $ACBEM$.

Sed $HL \cap \frac{1}{1+y} \cap 1 - y + y^2 - y^3 + y^4 - y^5$ etc. et summa omnium HL . ad CF .

applicatarum erit:

$$5 \quad 1 - \underbrace{\frac{1}{2}}_{\frac{1}{2}} + \underbrace{\frac{1}{3} - \frac{1}{4}}_{\frac{1}{12}} + \underbrace{\frac{1}{5} - \frac{1}{6}}_{\frac{1}{30}} \text{ etc. } \cap \text{ spatio } CFGLB.$$

Auferatur spatium $CFGLB$, a spatio $ACBEM$, fiet:

$$\frac{1}{1} \left(-\frac{1}{1} \right) + \frac{1}{2} \left(+\frac{1}{2} \right) + \frac{1}{3} \left(-\frac{1}{3} \right) + \frac{1}{4} \left(+\frac{1}{4} \right) \text{ etc. sive } \frac{2}{2} \frac{2}{4} \frac{2}{6} \text{ etc. } \cap 1 \frac{1}{2} \frac{1}{3} \text{ etc. Quod}$$

satis mirabile est, et ostendit, summam ipsius seriei $1. \frac{1}{2}. \frac{1}{3}$ etc. esse infinitam, et proinde

10 et aream spatii $ACBGM$. quandoquidem finita $CBGF$, ei adempta, idem relinquit, seu nihil notabile adimit.

Hoc argumento concluditur, infinitum non esse totum; nec nisi fictionem, alioqui enim foret pars aequalis toti.

Si ad $1. \frac{1}{2}. \frac{1}{3}. \frac{1}{4}$ etc. addas $1 - \frac{1}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4} + \frac{1}{5} - \frac{1}{6}$ etc. fiet $2 + \frac{2}{3} + \frac{2}{5} + \frac{2}{7}$ [etc.]

15 quod aequatur spatio $GFCAMBLG$. Huius duplo^[,] sumta scilicet et opposita hyperbola,

$4 + \frac{4}{3} + \frac{4}{5} + \frac{4}{7}$ etc. auferatur area circuli, cuius radius CF . quae est: $4 - \frac{4}{3} + \frac{4}{5} - \frac{4}{7} + \frac{4}{9}$

etc. fiet inde differentia haec: $\frac{8}{3} + \frac{8}{7} + \frac{8}{11}$ etc. et si addatur potius illi spatio area circuli

eiusdem fiet: $8 + \frac{8}{5} + \frac{8}{11}$ etc.

Si diameter sit 1. circumferentia est: $\frac{4}{1} - \frac{4}{3} + \frac{4}{5} - \frac{4}{7}$ etc. Ergo si diameter 2. seu si

20 radius 1. erit circumferentia $\frac{8}{1} - \frac{8}{3} + \frac{8}{5} - \frac{8}{7}$ [etc.] ergo semicircumferentia, $\frac{4}{1} - \frac{4}{3} + \frac{4}{5}$ etc.

$1 + \frac{1}{5}$ etc. (1) Posita (2) \cap spatio L 6 $ACBEM$, (1) restabit: $2 \wedge \frac{1}{2} * 2 \wedge \frac{1}{4} * 2 \wedge \frac{1}{6}$, (2) fiet:

L 14 ad (1) spatium (2) $1. \frac{1}{2}. \frac{1}{3}. \frac{1}{4}$ etc. L 14–469,12 etc. *erg. Hrsq. sechsmal* 15 sumta ...

hyperbola, *erg. L*

quae ducta in radium 1. dat circulum, ergo circulus $\frac{4}{1} - \frac{4}{3} + \frac{4}{5}$ etc. ergo quadrans circuli

$$1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} \text{ etc. Fiet: } \underbrace{1 - \frac{1}{3}}_{\frac{2}{3}} + \underbrace{\frac{1}{5} - \frac{1}{7}}_{\frac{2}{35}} + \underbrace{\frac{1}{9} - \frac{1}{11}}_{\frac{2}{99}}$$

Spatium *FCBG* dimidietur, fiet: $\underbrace{\frac{1}{2} - \frac{1}{4}}_{\frac{2}{8}} + \underbrace{\frac{1}{6} - \frac{1}{8}}_{\frac{2}{48}} + \underbrace{\frac{1}{10} - \frac{1}{12}}_{\frac{2}{120}}$ [etc.]

5

$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{8}$	$\frac{1}{15}$	$\frac{1}{24}$	$\frac{1}{35}$	$\frac{1}{48}$	$\frac{1}{63}$	$\frac{1}{80}$	$\frac{1}{99}$	$\frac{1}{120}$	$\frac{1}{143}$	$\frac{1}{168}$	$\frac{1}{195}$	etc.	□	$\frac{3}{4}$
$\frac{1}{3}$	·	$\frac{1}{15}$	·	$\frac{1}{35}$	·	$\frac{1}{63}$	·	$\frac{1}{99}$	·	$\frac{1}{143}$	·	$\frac{1}{195}$	etc.	□	$\frac{1}{2}$
·	$\frac{1}{8}$	·	$\frac{1}{24}$	·	$\frac{1}{48}$	·	$\frac{1}{80}$	·	$\frac{1}{120}$	·	$\frac{1}{168}$	·	etc.	□	$\frac{1}{4}$
$\frac{1}{3}$	·	·	·	$\frac{1}{35}$	·	·	·	$\frac{1}{99}$	·	·	·	$\frac{1}{195}$	[etc.]	□	semiquadranti.
·	$\frac{1}{8}$	·	·	·	$\frac{1}{48}$	·	·	·	$\frac{1}{120}$	·	·	·	[etc.]	□	quartae parti

10

spatii *FCBG*.

Ad $1 - \frac{1}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4} + \frac{1}{5} - \frac{1}{6} + \frac{1}{7} - \frac{1}{8} + \frac{1}{9} - \frac{1}{10}$ [etc.] □ spatio *FCBG*

addatur $1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} - \frac{1}{11} + \frac{1}{13} - \frac{1}{15}$ etc. □ quadranti

fiet: $2 - \frac{5}{6} + \frac{8}{15} - \frac{11}{28}$ etc. sed nihil inde.

Auferatur, fiet: $* - \frac{1}{6} + \frac{2}{15} - \frac{3}{28} + \frac{4}{45}$ etc. quae series proinde pendet ex iunctis circulari et hyperbolica. 15

Sed omnium optima auferendi ratio haec videtur:

$2 - \frac{1}{7}$ etc. (1) Auferatur quadrans circuli | a spatio *CFGB*. *streicht Hrsg.* | (a) restabit (b) restabit (c) restabit: (2) Fiet: $L - 4$ (1) Hyperbola (2) Spatium *FCBG* (a) dupletur (b) dimidietur L
 11f. *FCBG*. (1) A ... spatio *FCBG* auferatur (2) Ad $L - 15 + \frac{4}{45}$ etc. (1) cui si addatur (2) quae L

Ab $1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} - \frac{1}{11} + \frac{1}{13} - \frac{1}{15} + \frac{1}{17} - \frac{1}{19}$ [etc.] \sqcap quadranti
 auferatur $\frac{1}{2} - \frac{1}{4} + \frac{1}{6} - \frac{1}{8} + \frac{1}{10} - \frac{1}{12} + \frac{1}{14} - \frac{1}{16} + \frac{1}{18} - \frac{1}{20}$ [etc.] \sqcap dimidio spatio *FCBG*.

Restabit: $\frac{1}{2} - \frac{1}{12} + \frac{1}{30} - \frac{1}{56} + \frac{1}{90} - \frac{1}{132}$ etc.

Iam $1 - \frac{1}{2} + \frac{1}{2} - \frac{1}{3} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4} + \frac{1}{4} - \frac{1}{5} + \frac{1}{5} - \frac{1}{6} + \frac{1}{6} - \frac{1}{7}$ etc.

5 $\frac{1}{2} \quad \frac{1}{6} \quad \frac{1}{12} \quad \frac{1}{20} \quad \frac{1}{30} \quad \frac{1}{42} \quad \frac{1}{56} \quad \frac{1}{72} \quad \frac{1}{90} \quad \frac{1}{110}$ etc. \sqcap 1.

Et $1 - \frac{1}{2} \quad \frac{1}{3} - \frac{1}{4} \quad \frac{1}{5} - \frac{1}{6} \quad \frac{1}{7} - \frac{1}{8} \quad \frac{1}{9} - \frac{1}{10}$ etc. \sqcap
 $\frac{1}{2} \quad \frac{1}{12} \quad \frac{1}{30} \quad \frac{1}{56} \quad \frac{1}{90}$

spatio *FCBG*.

Ergo recolligendo spat. *FCGB* $\sqcap \frac{1}{2} \cdot \frac{1}{12} \cdot \frac{1}{30} \cdot \frac{1}{56} \cdot \frac{1}{90}$ etc.

10 et quadrans $-\frac{\text{spat. } FCBG}{2} \sqcap \frac{1}{2} - \frac{1}{12} + \frac{1}{30} - \frac{1}{56} + \frac{1}{90}$ etc.

Ergo $\frac{\text{semicirculus} - \frac{1}{2} - \frac{1}{12} - \frac{1}{30} - \frac{1}{56} - \frac{1}{90} [\text{etc.}]}{2} \sqcap \frac{1}{2} - \frac{1}{12} + \frac{1}{30} - \frac{1}{56} + \frac{1}{90}$ etc.

sive semicirculus $\sqcap \left(\frac{1}{1} + \frac{1}{2}\right) \left(-\frac{1}{6} + \frac{1}{12}\right) \left(+\frac{1}{15} + \frac{1}{30}\right) \left(-\frac{1}{28} + \frac{1}{56}\right)$ etc.
 $\frac{3}{2} - \frac{1}{12} + \frac{3}{30} - \frac{1}{56}$ etc.

Unde sequitur semicirculum excedere triplam differentiam dimidii spatii hyperbo-

15 lici a quadrante duplo huius seriei, $\frac{1}{12} \frac{1}{56} \frac{1}{132}$, vel semicirculum excedere differentiam quadrantis a spatio dicto, duplicata serie: $\frac{1}{2} \frac{1}{30} \frac{1}{90}$.

1-11 etc. *erg. Hrsq. dreimal* 9 spat. *FCBG* (1) $\sqcap \frac{1}{6} \frac{1}{20} \frac{1}{42} \frac{1}{72} \frac{1}{100}$ etc. (2) $\sqcap \frac{1}{2} L$

14 semicirculum (1) esse (2) aequari (a) triplae differentiae dimidii spatii hyperbolici et quadrantis (aa) demto (bb) si duplo huius seriei, $\frac{1}{12} \frac{1}{56} \frac{1}{132}$ sit minutum, (b) deficere (c) a tripla differentia dimidii spatii hyperbolici et quadrantis (aa) differre (bb) deficere (3) excedere (4) excedere (5) excedere *L*

Esto semicirc. \cap S . differentia dicta \cap D , series $\frac{1}{2} \frac{1}{30} \frac{1}{90} \cap$ L . series $\frac{1}{12} \frac{1}{56} \frac{1}{132} \cap$ M ,
erit $S \cap 3D + 2M$. et idem $S \cap D + 2L$. Ergo $3D + 2M \cap D + 2L$. Ergo $D \cap L - M$.
quae calculi probatio est elegans.

Quoniam ergo semicirculus $S \cap 3D + [2M]$ duplo seriei huius $\left[M \frac{1}{12} \frac{1}{56} \frac{1}{132} \right]$ minu-
tus triplo differentiae D qua quadrans dimidium spatium hyp. dictum excedit, aequatur; 5
et idem semicirculus duplo huius seriei $\left[L \frac{1}{2} \frac{1}{30} \frac{1}{90} \text{ minutus} \right]$ ipsi differentiae D aequa-
tur, $S \cap D + [2L]$ ideo vel seriem L . vel seriem M . utramlibet earum separatim per
circulum vel hyperbolam inveniri sufficit. Quod tamen ut clarius appareat, efficiendum
est:

Series $\frac{1}{2} \frac{1}{12} \frac{1}{30} \frac{1}{56} \frac{1}{90}$ etc. habetur ex data hyperbolae quadratura, quod si iam 10
etiam $\frac{1}{2} \frac{1}{30} \frac{1}{90}$ [etc.] habetur ex eadem, tunc etiam $\frac{1}{12} \frac{1}{56} \frac{1}{132}$ [etc.] ex quad. hyp.
habebitur.

$L + M \cap c$. quam c . suppono cognitam ex quad. hyp. Ergo si $L \cap d$. cognitae
etiam ex \square hyp. erit $M \cap c - d$. et $L - M \cap d - c + d$. Ergo $L - M \cap 2d - c$. Iam 15
 $L - M \cap e - f$. posito e . haberi ex quad. circ. seu esse quadrantem, et f . esse dimidium
spatium hyperbolicum, $FCBG$. eritque $2d - c \cap e - f$. Eritque e . quadrans $\cap 2d - c + f$.
cognitis ex hyperbolae quadratura. Tantum ergo superest ut seriem L , $\frac{1}{2} \frac{1}{30} \frac{1}{90}$ etc.
ex sola hyperbolae quadratura ducere tentemus. Figura autem cuius series quadratrix
 L , est $\frac{1}{y^3 + y^2 + y + 1}$, sive $\frac{1}{1 + y^2, \wedge 1 + y}$, sive $\frac{1 - y}{1 - y^4}$ ut initio huius plagulae dixi.
Cuius figurae quadraturam ex quadratura hyperbolae superest ut deducamus si licet. Eius 20
momentum ex $1 + y$ est $\frac{1}{1 + y^2}$, quae pendet ex quad. circuli; ita ut summa totius illius

4 2L L ändert Hrsg. 4 L $\frac{1}{2} \frac{1}{30} \frac{1}{90}$ L ändert Hrsg. 6 M $\frac{1}{12} \frac{1}{56} \frac{1}{132}$ auctus L ändert Hrsg.
7 $-2M$ L ändert Hrsg. 11 etc. erg. Hrsg. zweimal 11 f. hyp. | pura gestr. | habebitur L
18 quadratura (1) ducamus (2) ducere L 19 ut ... dixi erg. L 20 si licet erg. L

19 initio: s. o. S. 465 Z. 15 f.

figurae aequetur quadrantanti, *e*. Eius momentum ex *y* est: $\frac{y}{1+y^2}, \wedge \frac{1}{1+y}$. Ergo $\frac{1}{1+y^2} - \frac{y}{1+y^2, 1+y} \sqcap \frac{1}{1+y^2, 1+y}$. Iam: $\frac{y}{1+y^2, 1+y}$ momentum ex $1+y$ habet $\frac{y}{1+y^2}$, seu $\frac{f}{2}$ spatium scilicet hyperbolicum dimidiatum; momentum ex *y*, habet: $\frac{y^2}{1+y^2, 1+y}$. Ergo $\frac{y}{1+y^2} - \frac{y^2}{1+y^2, 1+y} \sqcap \frac{y}{1+y^2, 1+y}$. Iam $\frac{y^2}{1+y^2, 1+y}$ ex $1+y$ habet momentum $\frac{y^2}{1+y^2}$
 5 ex quad. circ. et ex *y*, habet $\frac{y^3}{1+y^2, 1+y}$ et ex $y-1$ habet $\frac{y^3-y^2}{1+y^2, 1-y^2} \sqcap \frac{y^3-y^2}{1-y^4}$.
 quae omnes proinde pendent ex circuli et hyperbolae coniunctorum quadratura; sed nihil inde ad quadraturam circuli ex hyperbola vel contra duci potest.

$\frac{a^2}{a^2+y^2} \sqcap x$. Ergo differentia duarum $x \sqcap \frac{a^2}{a^2+y^2} - \frac{a^2}{a^2+y^2+2y\beta+\beta^2} \sqcap$
 $\frac{\boxed{a^2} \boxed{+y^2} + 2y\beta + \beta^2, \wedge a^2, \boxed{-a^4} \boxed{-a^2y^2}}{a^4 + 2a^2y^2 + y^4}$ fiet: $\frac{2y}{a^2+y^2, a^2+y^2} \sqcap w$, cuius figurae habe-
 10 tur quadratura.

Si sit: $\frac{a^3}{a^2-y^2-2y\beta-\beta^2} - \frac{a^3}{a^2-y^2}$. unde
 $\frac{\boxed{a^3}, \wedge \boxed{a^2-y^2}, -, a^3, \wedge \boxed{a^2-y^2} - 2y\beta - \beta^2}{a+y, \square, a-y, \square}$. Haec figura ergo $\frac{2ya^4}{a+y, \square, a-y, \square}$ est qua-

4 $\sqcap \frac{y}{1+y^2, 1+y}$ (1) vel $\frac{1}{1+y^2} - \frac{y}{1+y^2, 1+y} \sqcap$ (2). Iam *L* 7 f. potest. (1) $2ax - x^2 \sqcap y^2$,
 investigando intervallum tangentium $2al - 2xl \sqcap 2y^2$, sive $l \sqcap \frac{y^2}{2a-x}$ (1), sive $l \sqcap \frac{2ax-x^2}{2a-x}$. Est au-
 tem $\frac{1}{y} \sqcap \frac{a}{w}$. Ergo $w \sqcap \frac{ya, \wedge 2a-x}{2ax-x^2}$. Ergo $w \sqcap \frac{a\sqrt{2ax-x^2} \wedge 2a-x}{\sqrt{2ax-x^2} \wedge \sqrt{2ax-x^2}}$. Ergo $w \sqcap \frac{2a^2-xa}{\sqrt{2ax-x^2}}$.
 Iam (a) $\frac{a^2}{\sqrt{2ax-x^2}} \sqcap$ (b) $\frac{a^4}{2ax-x^2} \sqcap y^2$ (aa) $\frac{a^2}{y} \sqcap$ (bb) $\frac{a^4}{2ax-x} \sqcap$ (2) $\frac{a^2}{a^2+y^2} \sqcap L$ 11 sit: (1)
 $\frac{a^2}{a^2-y^2} - \frac{a^2}{a^2-y^2-2y\beta-\beta^2} \sqcap w$. Unde (a) $\frac{a^2, \wedge \boxed{a^2-y^2} - 2y\beta \boxed{-\beta^2}, \boxed{-a^2}, \wedge a^2 \boxed{-y^2}}{a^2-y^2-2y\beta-\beta^2}$ (b)
 $\frac{a^3, \wedge \boxed{a^2-y^2} - 2y\beta \boxed{-\beta^2}, \boxed{-a^3}, \wedge a^2 \boxed{-y^2}}{a^2-y^2-2y\beta-\beta^2}$ (2) $\frac{a^3}{a^2-y^2-2y\beta-\beta^2} \sqcap L$

drabilis. Eius momentum ex $a + y$, est $\frac{2y}{a + y, a - y, \square}$. Eius momentum ex $a - y$, est $\frac{2y}{a^2 - y^2, a + y}$.

$\frac{y}{1 + y, 1 - y, \square} + \frac{y}{1 + y, 1 - y^2}$ aequatur $\frac{2y}{1 + y, 1 - y, \square}$. ideoque haec summa quadrabilis. Investigemus iam: $\frac{y}{a + y, a - y, \square}$. Eius momentum ex $a + y$, est $\frac{y}{a - y, \square}$, eius momentum ex $a - y$, est $\frac{y}{a^2 - y^2}$.

5

$\frac{y}{1 - y, \square} + \frac{y}{1 - y^2} \square \frac{2y}{1 + y, 1 - y, \square}$. Investigemus: $\frac{y}{1 - y, \square}$. addatur $\frac{1}{1 - y, \square}$ quae habetur absolute. $\frac{1 - y}{1 - y, \square} \square \frac{1}{1 - y}$. quae pendet ex quad. hyp. Ergo $\frac{y}{1 - y, \square}$ pendet ex quad. hyp. Investigemus et $\frac{y}{1 - y^2}$, [eius] momentum ex $1 + y$, est $\frac{y}{1 - y}$, quae pendet ex quad. hyp. Eiusdem momentum ex $1 - y$, est $\frac{y}{1 + y}$, quod etiam pendet ex quad. hyp.

Ergo habetur et tertium momentum $\frac{y^2}{1 - y^2}$, ergo et $\frac{1}{1 - y^2}$ ex ead. quad. hyp.

10

$\frac{1 + y^2 + y^4 + y^6}{1 \quad \frac{1}{3} \quad \frac{1}{5} \quad \frac{1}{7}}$. Ergo $1 + \frac{1}{5} + \frac{1}{9} + \frac{1}{13}$ [etc.], vel $\frac{1}{3} + \frac{1}{7} + \frac{1}{11}$ etc. pendet ex quad.

circ. et hyp. simul: Ergo $\frac{1}{1 - y^4}$ pendet ex quad. circ. et hyperb. simul. Hoc obiter. Ergo $\frac{y}{1 + y, 1 - y, \square}$ pendet ex \square hyp.: Ergo et $\frac{y}{a^2 - y^2, a + y}$ pendet ex quad. hyp. Quod an

1 $a + y$, est (1) $\frac{2y}{a + y, a - y, \square}$ L 2f. $\frac{2y}{a^2 - y^2, a + y}$. (1) Differentia ergo inter $\frac{y}{a + y, a - y, \square} - \frac{y}{a + y, a^2 - y^2}$ aequatur (a) cylindro fi (b) $\frac{2y}{a + y, a - y, \square}$ (2) $\frac{y}{1 + y, 1 - y, \square}$ L
 6 Investigemus: $\frac{y}{1 - y, \square}$. (1) Eius (2) Haec pendet ex quad. hyp. (3) addatur L 8 ex L ändert Hrsq.
 11 etc. erg. Hrsq.

472,11–473,2 Leibniz verwendet punktuell die Homogenitätsfaktoren a^3 bzw. a^4 und streicht dreimal den für die Aussage belanglosen Faktor 2.

aliunde pateat videamus: eius momentum ex $a - y$, est $\frac{y}{a + y}$, \square quod habetur absolute.

Eius mom. ex $a + y$, est $\frac{y}{a^2 - y^2}$. quod etiam habetur ex quad. hyp. Sed satis de his.

Sequitur plagula IX.

38₁₁. DE SERIERUM SUMMIS ET DE QUADRATURIS PARS NONA

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 4 Bl. 20–21. 1 Bog. 2°. 4 S.
Cc 2, Nr. 775 A tlw.

Schediasmatis de seriebus et quadraturis pars IX.

Quoniam sub finem praecedentis plagulae ostensum est differentias ipsarum $\frac{a^2}{a^2 + y^2}$ 5
esse $\frac{2y}{a^2 + y^2, \square}$. ductis ergo ipsis in distantias a vertice, fiet: $\frac{2y^2}{a^2 + y^2, \square}$, quae figura
aequatur ipsi figurae $\frac{a^2}{a^2 + y^2}$ et proinde pendet ex quad. circuli. Quodsi ei addatur
 $\frac{a^2}{a^2 + y^2, \square}$, momentum ipsarum $\frac{a^2}{a^2 + y^2}$ ex asymptoto, quod ideo etiam ex quad. circuli
pendet, fiet: $\frac{a^2 + y^2}{a^2 + y^2, \square}$, sive $\frac{1}{a^2 + y^2}$, quae pendet ex quad. circuli. Ergo differentia
ipsarum $\frac{a^2}{a^2 - y^2, \square}$ \square $\frac{2y}{a^2 - y^2, \square}$ \square $\frac{2y}{a + y, a - y, \square}$ quae figura quadrari potest. Ergo 10
 $\frac{2y}{a + y, \square, a - y} + \frac{2y}{a - y, \square, a + y}$ quadrari potest. Item: $\frac{y^2}{a + y, a - y, \square} + \frac{y}{a + y, \square, a - y}$,
quadrari potest. Item $\frac{y}{a - y, \square, a + y} - \frac{y^2}{a + y, a - y, \square}$.

Subit animum nova quaedam materia inquirendi, e.g. ope huiusmodi calculorum qua-
drari possunt figurae quaedam non geometricae, e.g. hyperbola est $\frac{1}{1 \mp y}$, eius momentum
haberi potest. Haberi ergo et potest dimensio figurae, quae sit quadratrix hyperbolae. 15

6 a vertice *erg. L* 7 aequatur (1) complemento figurae (2) ipsi *L* 8 $\frac{a^2}{a^2 + y^2}$ ex (1) basi, (2)
asymptoto *L* 12 f. $-\frac{y^2}{a + y, a - y, \square}$. (1) Ope huius meth (2) In (3) Subit *L* 13 e.g. (1) differentiae
(2) ope *L* 14 e.g. (1) sit hyperbola (2) circulus est (3) hyperbola *L*

11 Leibniz streicht den für die Aussage belanglosen Faktor 2 im Zähler der beiden Summanden.


Haec figura etsi non sit geometrica, tamen poterit forte describi eo modo quo cycloides; et volutae, et helices; et ita eiusmodi figurarum non geometricarum, quadratura absoluta saepe haberi hac methodo poterit. Ita, circulus $\sqrt{a^2 - x^2}$, multiplicetur per $a + x$, sive per $\sqrt{a+x}$, fiet: $\sqrt{a+x}$, cub., $a-x$ cuius figurae dimensio dabit dimensionem figurae circuli quadratricis. Itaque videndum an generaliter hoc solvi possit: Propositis figuris non geometricis, geometricas symmetros invenire. Quod foret maximi momenti problema generale.

$$\frac{y}{a} - \frac{a}{y} \quad \Pi \quad \frac{y^2 - a^2}{ay}, \text{ quae figura est quadrabilis. Differentia ordinarum}$$

$$\frac{y^2 + 2\beta y + \beta^2 - a^2}{ay + a\beta} - \frac{y^2 - a^2}{ay} \quad \Pi \quad \frac{ay^3 + 2a\beta y^2 + a\beta^2 y - a^3 y, -ay^3 - a\beta y^2 + a^3 y + a^3 \beta}{a^2 y^2 + a^2 y \beta},$$

10 sive: $\frac{a\beta y^2 + a^3 \beta}{a^2 y^2}$, quae est quadrabilis.

Aliter:



[Fig. 1]

Exposita esto figura, cuius aequatio sit $\frac{ya^2}{a^2 + y^2} \Pi x$. Momentum ipsarum ordinarum

huius figurae ex y , est $\frac{y^2 a}{a^2 + y^2}$. Quaeritur valor ipsarum y . ex aequatione $\frac{ya^2}{a^2 + y^2} \Pi x$,

15 fiet: $a^2 x + xy^2 \Pi ya^2$. Unde $y^2 - \frac{a^2}{x} y + \frac{a^4}{x^2} \Pi \frac{a^4}{x^2} - a^2$. sive $\mp y \pm \frac{a^2}{x} \Pi \frac{a\sqrt{a^4 - x^2}}{x}$. et


5 Itaque (1) propositis lineis (2) videndum $L = 10f$. quadrabilis. (1) | Hinc *streicht Hrsg.* | (2) Ascribere operae pretium est modum, quo demonstrari potest figurae $\frac{a^2}{a^2 + y^2}$ dimensio pendens a circulari:

(3) Aliter L

15–477,2 Unde: Bei der quadratischen Ergänzung addiert Leibniz $\frac{a^4}{x^2}$ statt $\frac{a^4}{4x^2}$ zu beiden Seiten der Gleichung und verfehlt so die richtige Lösung. Der Fehler beeinträchtigt die Rechnung bis S. 477 Z. 2. Analoge Fehler treten in den S. 477 Z. 10 u. S. 478 Z. 5 auf und wirken sich bis S. 479 Z. 3 aus.

$y \sqcap \frac{\mp a\sqrt{a^2 - x^2} + a^2}{x}$. Quadrata omnium y , seu momentum complementi figurae ABC ,
 dat: $\frac{a^4 - a^2x^2 + a^4 \mp 2a^3\sqrt{a^2 - x^2}}{x^2}$ quae figura pendet ex q. circuli.

Resumemus:



[Fig. 2]

Esto curva ADC . $AB \sqcap x \sqcap EC$. $BC \sqcap y \sqcap AE$. Esto aequatio: $a^2y \sqcap a^2x + y^2x$. 5
 Erit $x \sqcap \frac{a^2y}{a^2 + y^2}$ quae pendet a quad. hyp., et $x^2 \sqcap \frac{a^4y^2}{a^2 + y^2, \square}$, quorum summa est
 momentum figurae $AECDA$ ex axe aequilibrui AE . At summa omnium $\frac{a^2y^2}{a^2 + y^2}$, quae
 pendet ex quad. circuli est momentum figurae $AECDA$ ex axe aequilibrui AB .

Iam ut quaeramus y , ita procedendum est, ex aequatione figurae fiet: $y^2x - a^2y \sqcap$
 $-a^2x$, sive $y^2 - \frac{a^2}{x} \sqcap -a^2$, sive $y^2 - \frac{a^2}{x}y + \frac{a^4}{x^2} \sqcap \frac{a^4 - a^2x^2}{x^2}$, unde $\mp y \mp \frac{a^2}{x} \sqcap \frac{a\sqrt{a^2 - x^2}}{x}$. 10

[Unde patet ut obiter dicam figuram $\frac{a^2\sqrt{a^2 - x^2}}{x}$, pendere a quad. hyperbolae. Nam
 ipsae y pendent a quad. hyp. aufer inde ipsas $\frac{a^2}{x}$ quae pendent a quad. hyp. etiam

$$1 \ y \sqcap \frac{\mp a\sqrt{a^2 - x^2} + a^2}{x}. \quad (1) \text{ Momentum } (2) \text{ et momentum omnium } x, \quad (3) \text{ Quadrata } L$$

1 f. complementi (1) omnium (2) figurae (a) y, yx, yx (b) ABC , (aa) est (bb) dat L 6 quae ... hyp.
 erg. L 7 f. aequilibrui erg. L zweimal 7 f. quae ... circuli erg. L

$10+478,5 + \frac{a^4}{x^2}$ u. $+\frac{y^4}{a^2}$: s. o. Erl. zu S. 476 Z. 15 – Z. 2. 11+478,9 Die eckigen Klammern stam-
 men von Leibniz.

$\frac{a\sqrt{a^2-x^2}}{x}$ pendebit a quad. hyp. Eius vero centrum gravitatis pendet a quad. circuli,
 nam si ducatur in x , fiet: $a\sqrt{a^2-y^2}$, quae est homogenea circulo, si ducatur in se,
 fiet: $\frac{a^4-a^2x^2}{x^2}$, quae habetur absolute: Habito ergo figurae centro gravitatis ex data
 circuli quadratura, quaeramus alteram eius indeterminatam, fiet: $a^4 - a^2x^2 \mp y^2x$, unde
 5 ordinando $x^2 + \frac{y^2}{a^2}x + \frac{y^4}{a^2} \mp \frac{y^4+a^4}{a^2}$. Unde $x + \frac{y^2}{a} \mp \frac{\sqrt{y^4+a^4}}{a}$ ((quae figura patebit
 ex quad. hyperbolae. Ergo et $\frac{\sqrt{y^4+a^4}}{a}$, pendebit ex quad. hyp. Ergo $a^4 \mp a^2x^2 - y^4$
 ex quad. hyp. sive $a^4 \mp ax - y^2, \wedge ax + y^2$. Unde $a\sqrt{a^2-x^2} \mp y^2$. momentum ergo
 omnium y ex axe eorum ex quad. circuli. Sed $\sqrt{a\sqrt{a^2-x^2}} \mp y$. quae figura pendet ex
 qua d. hyperbolae. Sed $x\sqrt{a\sqrt{a^2-x^2}}$ pendet ex quadratura circuli.))]
 10 Invenimus ut ad figuram nostram redeamus in ea momentum figurae $AECDA$ ex AB
 pendere ex quad. circuli quia $xy \mp \frac{a^2y^2}{a^2+y^2}$. Momentum vero figurae $[ABCD]$, ex AE ,
 pendet etiam ex quadratura circuli, quia $xy \mp \mp a\sqrt{\sqrt{a^2-x^2}+a^2}$, quia inventa est $y \mp$
 $\frac{\mp a\sqrt{a^2-x^2}+a^2}{x}$. Ideoque centrum gravitatis figurae propositae pendet ex quad. circuli;
 ergo $\frac{a^4y^2}{a^2+y^2, \square}$, item $\frac{a^4-a^2x^2 \mp 2a^3\sqrt{a^2-x^2}+a^4}{x^2}$, et per consequens $\frac{a^2\sqrt{a^2-x^2}}{x^2}$ ex
 15 quad. circuli pendebit.

6 *Daneben:* Vide plag. 10. pag. ult.

8f. *Dazu am Rande:* Contra potius \mathfrak{S} .

7 $\mp y^2$. (1) cuius ordinata ex qu (2) momentum L 10 ea (1) BC, esse (2) momentum figurae
 (a) ex (aa) AE (bb) AB (b) AECDA ex (aa) AE (bb) AB L 11 ex ABCDE L ändert Hrsq.

16 Vide: s. u. N. 38₁₂ S. 495 Z. 3–5.

Huius figurae [quadrati ordinarum] y^2 , habentur absolute, sed y , ex x , dant
 $\frac{a^2\sqrt{a^2-x^2}}{x} \sqcap y$. Unde $a^6 - a^4x^2 \sqcap y^2x^4$. Unde $x^4 + \frac{a^4x^2}{y^2} + \frac{a^8}{y^4} \sqcap \frac{a^8}{y^4} + \frac{a^6}{y^2}$ et $x^2 + \frac{a^4}{y^2} \sqcap$
 $\frac{\sqrt{a^8 + a^6y^2}}{y^2}$, et $x \sqcap \frac{\sqrt{\sqrt{a^8 + a^6y^2} - a^4}}{y}$.

Data figura curvam ei homogeam invenire, elegantissimum est, atque utilissimum
 problema, ita enim ope curvae huius evolutae, secari potest figura proposita, in ratione 5
 data, et cuilibet eius portioni dari rectilineum aequale. Methodus autem id quaerendi
 haec est:

A quadrato ordinatae figurae datae auferatur quadratum unitatis; quodsi iam residui
 radix est ordinata figurae quadrabilis, satisfieri potest postulato.

Ut esto figura circulus: eius ordinata $\sqrt{2ax - x^2}$, eius quadratum $2ax - x^2$, auferatur 10
 inde a^2 , fiet: $\sqrt{2ax - x^2 - a^2}$. Unde patet ad hanc curvam habendam ipsius circuli opus
 esse quadratura. Sed quodsi eius quadratum sit minus quadrato unitatis id utique inde
 auferri non poterit, et tunc nulla dabitur curva illis homogea, eo quidem ordinarum
 sensu, ut in circulo, ab $a^2 - y^2$, si auferas a^2 restabit $-y^2$, cuius radix est impossibilis.

In hyperbola, sit $a^2 + y^2$, aufer inde a^2 fiet y^2 , cuius radix y . Unde sequeretur figuram 15
 ipsarum y quadratricem seu omnium $\frac{y^2}{2}$ quae est parabola cuius aequatio: $y^2 \sqcap 2ax$. ha-
 bere curvam homogeam figurae hyperbolae. Hinc si aliter assumas ordinatas figurae hy-

14 *Dazu am Rande:* Imo ab $a^2 - y^2$, auferri debet b^2 , et res procedet.

478,15–479,1 pendeat. (1) Eius momentum (2) Huius figurae |quadrati ordinarum *gestr. erg.*

Hrsg. | $y^2 L$ 3f. x $\sqcap \frac{\sqrt{\sqrt{a^8 + a^6y^2} - a^4}}{y}$. (1) Sed ista exitum (2) Data L 5 ope (1) fili (2)
 curvae L 7f. est: (1) A (2) Datae figur (3) Quadratum ordinatae figurae datae aufe (4) A L
 9f. postulato (1), ex notis (2). Ut L 12 quadratura. (1) |Aliter, *streicht Hrsg.* | (a) $a^2 - y^2 \sqcap$ (b)
 $2a^2$ (c) $a^2 - y^2 - a$ (2) Sed L 14 cuius (1) ordinatae (2) radix L 14f. impossibilis. (1) In hyp
 (2) In parabola: (3) In L 16 $\frac{y^2}{2}$ (1) |esse *streicht Hrsg.* | hyperbola (2) quae L 16f. $y^2 \sqcap 2ax$.
 (1) esse homogeam curvae (2) habere L

$2 \sqcap y^2x^4$: Richtig wäre y^2x^2 . Der Fehler und die falsche quadratische Ergänzung beeinträchtigen
 das Ergebnis in Z. 3.

perbolicae, figura ipsis homogenea semper eveniri poterit, quia enim semel inveniri potuit, invenietur semper, prorsus quemadmodum centro gravitatis ab uno latere reperto, datur id ex aliis omnibus. Esto ergo aequatio $2ax + x^2$, inde auferatur a^2 , fiet: $\sqrt{2ax + x^2 - a^2}$ cuius figurae quaeritur summa, quae summa est quadratrix ipsius hyperbolae. Itaque
 5 iam video applicatis hyperbolae ad axem, ad abscissas ex vertice; homogeneam curvam non posse haberi nisi supposita ipsa hyperbolae quadratura, nam pro x ponendo $z - a$, fiet: $\sqrt{(2az) - 2a^2 + z^2(-2az)(+a^2 - a^2)}$, unde fiet $\sqrt{z^2 - 2a^2}$. Ad asymptoton hoc modo: $\frac{a^4}{x^2} - a^2$. fiet: $\sqrt{\frac{a^4 - a^2x^2}{x^2}}$ sive $\frac{a}{x}\sqrt{a^2 - x^2}$ quae pendet a quadratura hyperbolae; ut iam quaeratur figura homogenea circulo: ab $a^2 - y^2$, auferatur alia recta constans: b^2 , fiet:
 10 $\sqrt{a^2 - b^2 - y^2}$ quae rursus est ad circulum.

Ab anonymae $\frac{ax}{\sqrt{2ax - x^2}}$ quadrato, auferatur a^2 , fiet: $\frac{a^2x^2}{2ax - x^2}$ seu $\frac{a^2x}{2a - x}$, unde auferatur a^2 , fiet: $a^2x[-]2a^3 + a^2x$, sive $\sqrt{\frac{[-]2a^3 + 2a^2x}{2a - x}}$ figura ergo $\frac{[-]2a^3 + 2a^2x}{2a - x} \cap y^2$, sed si iussissem auferri: $a\gamma$. fiet: $\sqrt{\frac{a^2x - 2a^2\gamma + xa\gamma}{2a - x}}$ et γ . ita explicanda iam est ut numerator dividi possit per $2a - x$, nempe
 15 $+ a^2x - 2a^2\gamma \not\equiv -a^2 - a\gamma$. Et fiet: $-2a^3 - 2a^2\gamma \cap -2a^2\gamma$ quod est impossibile,
 $\frac{+ a\gamma}{- x + 2a}$

non ergo procurari potest divisibilitas. Saepe vero poterit hac arte procurari.

Iam si rursus a $\sqrt{\frac{a^2x - 2a^2\gamma + xa\gamma}{2a - x}}$ quadrato, auferas alterius constantis v. g. $\sqrt{a\delta}$, quadratum nempe $a\delta$, fiet alia iterum figura.

20 Nimirum verum est, figurae ex hac quadrati vel rectanguli constantis ablatione [factae] radicum, summam dare curvam syntomon figurae datae, sed non inde patet, hanc

4 quae (1) figura (2) summa L 6 quadratura (1) |sed *streicht Hrsg.*| hanc (2). Imo potest explicando x (3), nam L 9 circulo: (1) sinus circuli sunt (2) ab L 12 + L *ändert Hrsg.* 12 - *erg. Hrsg. zweimal* 12 $\cap y^2$, (1) pendebit ex quad. circuli (2) sed L 19f. figura. (1) Sed video me lapsum (2) Nimirum L 20 est, (1) |a *streicht Hrsg.*| figurae ex hac quadrati vel rectanguli constantis |ablatione facti *ändert Hrsg.*| quadratura pendere radicum summa (2) figurae L 21 patet, (1) figuram (2) hanc L

summam a quadratura figurae pendere cui syntomos quaeritur. Notabile autem est, quadratum constans, quod aufertur esse arbitrarium; et proinde aliquando tale sumi posse, ut figura inde proveniens sit alia atque alia, v. g. si sit $a^2 - x^2 + bx \cap y^2$, quae est ad circulum, ut ei quaeratur homogenea, fiet: $\sqrt{a^2 - x^2 + bx - a\gamma}$. cuius figurae quadratura habetur curva elementis circuli homogenea. Sed haec figura est modo circulus modo hyperbola. Imo erro: est semper circulus. 5

Interim in alio casu fieri potest ut alia ita fiat figura, v. g. sit: $\sqrt{b^2 - 2ax + x^2}$, quae est ad hyperbolam, eius ordinatis quaeratur homogenea, fiet $\sqrt{b^2 - 2ax + x^2 - a\gamma}$, pone $b^2 - a\gamma \cap a^2$, fiet $\sqrt{a^2 - 2ax + x^2} \cap \mp a \pm x$. ac proinde haberi potest homogenea hyperbolae. 10

Idem in infinitis aliis fieri poterit: tum radicum extractiones tum divisiones reddendo possibiles; v. g. sit curva cuius aequatio: $\frac{b^2 - x^2}{a - x} \cap y^2$. Ab y^2 , auferatur γa , fiet: $\frac{b^2 - x^2 - \gamma a^2 + \gamma ax}{a - x}$. Iamque ita licebit explicare arbitrarias, ut procedat divisio.


Haec valde notabilia sunt, et plane nova.

Duae figurae syntomi eiusdem curvae sunt syntomi inter se; duae curvae syntomi eiusdem figurae, sed diverso modo sumtae non sunt quidem syntomi inter se, attamen sunt symmetri, seu data dimensione unius datur et dimensio alterius. 15

Hinc multa nova ac plaecleara de symmetriis duci possunt. Data qualibet figura potest describi semigeometrica curva ei homogenea. Quem in finem notandum est trochoeidem cuiuslibet figurae esse homogeneam quadratrici eius figurae, quae sit curvae eius homogenea. Exempli causa: trochoeides parabolae est homogenea quadratrici hyperbolae ac proinde descripta trochoeide parabolae habebitur constructio logarithmorum geometrica et sectio rationis in data ratione. Ut autem haec trochoeides describatur necesse est laminam parabolicam sive zonam ex cono scilicet sectam arcte immissam inter duos asseres coniugatos, ut non nisi vi ibi moveri possit, ac ne recta quidem propelli, neque attolli, 25

5 habetur (1) figura circulo homogenea. Atqui huius figurae quadratura (2) curva L 5 Sed (1) haec (2) huius figurae quadratura est (3) haec L 9–11 homogenea (1) cir (2) hyperbolae. (a) Hinc manifest (b) Ponamus (c) Er (d) Idem L 13 ita (1) assumere (2) licebit L 14 f. nova. (1) Esto nostra ad circulum: (a) $\frac{x^2}{a^2 + y}$ (b) $\frac{y^2}{b^2 + y^2}$, eius quadratum $\frac{y^4}{b^4 + 2b^2y^2 + y^4}$. (2) Duae L 17 dimensione (1) circuli (2) unius L 19 ei (1) syntomos (2) homogenea L 20 f. eius (1) symmetros (2) homogenea L

sed concava in parte innitendo, provolvi. Quem in finem utile erit maximi ponderis esse zonam vel suapte natura vel adiectione. Intus erit globus, et ipse gravis quantum satis est. Intus inquam, id est in concavo zonae.



[Fig. 3]

- 5 Zona parabolica est ABC , duo asseres sibi pene iuncti relicto pro zona nonnihil commissura, intrante interstitio, erunt DBE , inclinentur asseres ad horizontem; et globus F provolutus inclinabit zonam parabolicam quae interim stylo in ipsa defixo describet in pariete trochoidem. Sumenda est parabola plurimum differens a recta, et inprimis portio eius maxime curva. Idem est si asseres sunt horizonti paralleli, et trochoeides tum
- 10 ista coarctatione tum pondere maximo imposito, non nisi mechanica ope vectis moveri possit, sed tunc aliud malum. Quod scilicet saepe circa punctum fixum rotabitur, nec progredietur. Eadem curva NB . describetur etiam si zona ponatur immobilis, sed DE circa ipsam moveantur nunc cum pariete ipsis asserebus DE affixo, sed tunc idem malum quod aliquando regredietur, et tunc non asseres sed ipsius zonae convexum habebit incisuram in qua vectis DE moveatur. Sed et iam video obiectionem ne ipsius curvae portio aliqua per idem punctum plani decurrat; non videri forte, ne quidem si zona moveatur, cum nullum sit centrum circa quod. Posteriore modo non potest fieri ut idem punctum vectis seu plani respondeat diversis curvae. Priore modo hoc quidem evenire potest. Sed non calcemus imo forte utrumque. Sed iam remedium tale satis elegans. Electo posteriore
- 20 modo, hoc reddito: vectis B tendens suo pondere a C , versus E , nihilominus, manu in E premente D versus C , recolligat in se et in lineam rectam chordam ipsi BC curvae

14 aliquando (1) pro (2) regredietur L 16 decurrat; (1) cessare (2) non L 21 premente (1) sursum quodammodo agatur (2) per ipsa (3) D versus L

circumplicatam. Interea ipse pondere suo perpetuo filum tendet nec regressus ei possibilis ob filum tenens, nec progressus ob pondus renitens.

Eadem methodo et cycloides optime describetur, paries vero vel tabula in qua designanda est curva ipsi BE affixa cum eo movebitur, stylus vero erit immobilis. Ausim dicere hanc descriptionem non fore multo difficiliorem quam parabolae secundi generis descriptionem a Cartesio propositam ad construenda problemata sursolida. Filum ipsi B infixum. Incisura in vecte, instar fossae, nisus arctioris. Duae acies eius duae acies fossae vel latitudinem incisurae ipsius zonae implebunt vel si mavis duas in ea incisuras parvas parallelas. 5

Vid. plag. X.

10

6 Cartesio: *Geometria*, 1659, *DGS* I S. 67 f. (vgl. *DO* VI S. 442–444).

38₁₂. DE SERIERUM SUMMIS ET DE QUADRATURIS PARS DECIMA

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 4 Bl. 22–23. 1 Bog. 2°. 4 S. Überschrift erg. Fig. 1 u.
2 stark überarbeitet.
Cc 2, Nr. 775 A tlw.

5 Schediasmatis de summis serierum et quadraturis figurarum pars X.

Ope huius curvae inveniri poterunt, quotcunque mediae proportionales: Imo quod
est longe maius, et quod alioquin geometrice fieri non potest: Si id omne geometricum
est, quod exactum est, fatendum est has constructiones fore exactas: nam linea ista
tam exacte describi poterit, quam parabola secundi generis a Cartesio proposita. In
10 quo longe differt a spiralibus quas exacte non describas, ob duos motus, a se invicem
independentes, alterum in circulo, alterum in radio, quorum certa debet proportio, quam
dare non est in nostra potestate, adeo ut spirales illae non nisi divina arte describi
possint, ope intelligentiae, cuius cogitationes distinctae fiant in tempore minore quolibet
dato; quod nec de angelis verum puto.

15 Quod secus est in linea nostra: Eadem linea continuo describitur motu; non per
puncta invenitur.

P. Pardies, ingeniosissimus utique vir, tractatum de linea logarithmica moliebatur,
descripta per medias proportionales ad rectam aequalibus intervallis applicatis; sed prae-
terquam quod non nisi per puncta, ac proinde non tota exacte linea describatur; inter-
20 mediis punctis vacuis futuris, praeter hoc inquam quis non videt has mediarum propor-
tionalium inventiones, aliunde esse sumendas; idque vel qualitercunque, quod non est

10 differt (1) ab helicibus (2) a spiralibus *L* 20 videt (1) quantae (2) has *L*

6 Ope huius curvae: Diese Worte befinden sich auf dem vorhergehenden Bogen, Bl. 21 v°. Leibniz hat zunächst fortlaufend geschrieben und den Bogen Bl. 22–23 erst nachträglich mit einer eigenen Überschrift versehen. 9 Cartesio: *Geometria*, 1659, *DGS* I S. 36–38 (vgl. *DO* VI S. 407–411); Leibniz setzt sich mit den daran anschließenden Bemerkungen von Descartes über die in der Geometrie zulässigen Kurven auseinander; sein Handexemplar weist auf S. 39 eine Unterstreichung auf. 17 Pardies: Die Abhandlung über die logarithmische Kurve wurde wohl nicht vollendet; vgl. *LSB* III,1 N. 9 S. 43 Erl. zu Z. 1–6; Pardies hat die logarithmische Kurve auch in den *Éléments de géométrie*, 1671 u. ö., livre VIII, articles 16–31 S. 86–93 behandelt.

geometrice sive exacte agere; vel per totidem operationes quot puncta in curva designare vult; et ille tamen ab ea linea plurimum usus publico pollicebatur.

Ecce ergo lineam geometricam quae id omne praestat quod a logarithmica exacte si possibile esset, descripta posset expectari.

Fateor si ferenda est definitio geometricarum quam dedit nobis Cartesius, nostra 5
 talis non erit: sed quemadmodum ille veteres iure culpat, quod a geometricarum numero
 conicas, aut certe quos vocabant lineares locos, exclusissent; ita; ille rursus culpandus est,
 quod geometricarum nomine ad analyticas coarctato; scientiam auxilio necessario privat;
 causam credo habens unicam in arcanis, ut scilicet iactare posset, omnium curvarum
 geometricarum a se methodum tangentesque traditas. Sane quo ille argumento utitur 10
 in veteres, eo ego in illum: quicquid exactum, id inquit geometricum est. Recte. Velim
 ergo ostendat, in quo descriptio evolutae circularis, vel trochoeidum nostrarum exacta
 non sit. Sane tam exacte descriptas esse certum est quam ullam geometricam aequae
 compositam. Culpat veteres, quod agnita helicum et spiraliū imperfectione conchoeides
 quoque et cissoeides cum ipsis confusas exclusissent. Ita ego illum, quod cum helicibus 15
 et spiraliū, trochoeides et evolutas confudit. Obicit lineis quas non geometricas vocat,
 quod a duobus diversis motibus dependeant, quorum proportionem exacte servare non
 liceat. Recte illud quidem in helices vel spirales: at non recte dicitur in trochoeides nostra
 methodo descriptas et evolutas. Obicies; ergo habetur circuli quadratura. Nego haberi
 qualis quaeritur. At inquires ope trochoeidis circularis vel evolutae exacte habetur recta 20
 circumferentiae aequalis. Quis neget. Si recte descriptae, habetur ergo et geometrice. Ita
 certe: nam si exacte, certe geometrice. Ergo habetur et quadratum circulo aequale. Fateor.
 Ergo quadratura circuli. Fateor, sed non qualis quaeritur; quaeritur enim non geometrica
 tantum, sed et analytica: id est quaeritur ratio circuli ad quadratum inscriptum, quaeritur
 ratio diametri ad circumferentiam. 25

1 totidem (1) instrumenta separata, quot sunt (2) num (3) operationes L 7 certe (1) sursolidas
 (2) quas L 8 f. privat; (1) ideo (2) ex uno credo causam habent (3) causam L 14 quod (1) cognita
 (2) agnita L 20 ope (1) cycloeidis vel tro (2) trochoeidis circularis | vel evolutae erg. | exacte L
 21 si ... descriptae erg. L

5–16 definitio: *Geometria*, 1659, *DGS* I S. 20 f. (vgl. *DO* VI S. 392 f.); culpat: *a. a. O.* S. 17–19 (vgl. *DO* VI S. 388–390) u. *Lettres*, Bd. 3, 1667, S. 354 (*DO* II S. 313); Obicit: *Geometria*, 1659, *DGS* I S. 18 f. (vgl. *DO* VI S. 390).

Eodem argumento, quo ille utitur in nos, veterum sectatores, et Vieta utebantur in sententiam Cartesii, ut Cartesiani quadratura circuli; ita illi duplicatione cubi. Nam Vieta; si lineae conicae in geometriam recipiendae sunt; habemus ergo iam duplicationem cubi, geometricam. Ita est; et duas medias proportionales exacte, fateor; ergo et hoc
 5 geometricae; ita sane oportet ex datis. Quid ergo cur quaesivere geometrae quod habebant. Facilis responsio est; quemadmodum magnitudinem circuli non tantum geometricae, sed et analyticae; ita duplicationem cubi non tantum analyticae, sed et plane per lineas scilicet simplicissimas rectam et circulum desiderabant. Recte ergo Cartesius lineas alias non negligendas monet ob praeclaras opticas, staticas, aliasque proprietates. Ita ego eas quae
 10 analyticae non sunt, non minus geometricas esse contendo, non tantum quod exactae sint, sed et quod praeclaros habeant usus; ut cycloides primaria inventos ab Hugenio, secundaria observatos a Romero; trochoeides parabolica sive curva mesolaba, detectos a me.

Ita ergo distinguendum censeo; lineae omnes aut geometricae sunt aut mechanicae. Geometricae sunt, quae uno tractu descriptae intelliguntur, mechanicae quae per
 15 puncta. Unde patet lineas geometricas posse describi per puncta ut ellipsin, et contra lineas mechanicas posse describi geometricae a natura rerum; aut intelligentia directrice. Nam omnes lineae quae modo certa regula constant; omnia eorum puncta concernente, geometricae sunt, natura sui, aut ratione rerum auctoris; potest etiam fieri, ut quae lineae
 20 nobis geometricae non sunt, ut logarithmica fiant aliquando, reperta eas describendi ratione; quemadmodum et evenire potest, ut lineae non analyticae fiant analyticae, quem-

5 cur | veteres *gestr.* | quaesivere *L* 9 praeclaras (1) in (a) conicis (b) opticis, in mechanicis, ut (2) opticas, | mechanicas, *gestr.* | staticas, (a) geom (b) aliasque *L* 11 primaria *erg.* *L* 16 puncta. (1) Uno tractu descriptae sunt aut (a) arte (b) in nostra potestate, aut tantum in contemplatione (2) Unde *L* 16 lineas | sua natura *gestr.* | geometricas *L* 17 lineas | sua natura *gestr.* | mechanicas *L* 17 aut (1) angelo (2) intelligentia *L* 20 f. ratione; (1) inventa (2) quemadmodum trochoeides (a) parabolica cubica (b) parabolicae cubicae; (3) quemadmodum *L*

1 Vieta: *Supplementum geometriae*, 1593 (VO S. 240–257). — Fr. v. Schooten erwähnt die Ansichten von Viète in den *Commentarii in R. Descartes Geometriam*, DGS I, S. 169. 8 Cartesius: *Geometria*, 1659, DGS I S. 38 f. [Marg.] u. 50 (vgl. DO VI S. 412 u. 424). 11 f. Hugenio: *Horologium oscillatorium*, 1673; Romero: Leibniz wußte um O. Rømers Forschungen u. a. zu epizykloidisch geformten Rädern; vgl. LSB III,1 S. LXVII.

admodum; trochoeides parabolae quadrato-cubicae cuius dimensionem invenit Heuradius, analytica non erat ante quam ille curvae illius dedisset dimensionem.

Lineae ergo omnes a nobis descriptae geometricae aut mechanicae sunt. Geometricae aut analyticae aut tetragonisticae; analyticae sunt, quae sub calculum cadunt, ita ut relatio ordinarum ad abscissas aequatione exprimi possit. Tetragonisticae, quae ad calculum tum demum revocari poterunt, cum dimensiones aut quadraturae quorundam curvilinearum invenientur. Analyticae sunt simplex (recta), quadraticae^[,] cubicae, si aequationes ipsarum aestimes; in quibus scilicet duae incognitae quantitates eadem aut diversae, altera in alteram ducuntur; cubicae etc. Tetragonisticae cuius gradus sint incertum est; (si impossibilis esset quadratura, essent nullius), tales sunt: trochoeides; evolutae; tetragonisticae aut sunt aut non sunt in nostra potestate, sunt evolutae et trochoeides, quas describere possumus; non sunt spirales; mechanicae sunt quae per puncta descriptae intelliguntur; ubi ne quidem rationem continuam describendi intelligimus; ut in logarithmica.

Aliter dividi poterat, lineas esse aut geometricas, aut physicas et mechanicas; geometricae, quorum descriptio a nobis intelligi pariter et fieri potest; physicae, quas describi intelligimus; ut a natura aut mente; mechanicae, quarum descriptionem neque posse possumus neque habemus. Sufficit interea geometricas a me appellari, quas uno tractu describi intelligimus; mechanicas, quas per puncta; analyticas esse eas geometricas, quae sub calculum cadunt. Unde intelligi potest non esse notam lineam [mechanicam] sub calculum cadere, nam logarithmicae quodlibet punctum analyticè determinari potest; et tamen geometrica non est; cum nunquam revera, nec nisi ad sensum describi possit.

De trochoeidibus notandum est quandocumque curva alicuius figurae dimensionem analyticam subiecta est et trochoeidem eius fieri analyticam. Et tamen fatebitur mihi aliquis

1 parabolae (1) cubicae (2) quadrato-cubicae L 8 scilicet (1) rectangulum ne (2) duae L
10 f. sunt: (1) cycloides, (2) trochoeides; evolutae; (a) mechanicae rursus duorum sunt generum, (b)
tetragonisticae L 13 ne (1) comminisci quidem rationem continuam describendi possumus, ut in
logarithmica (2) quidem L 15 f. geometricae, (1) quae a nobis intelliguntur et describuntur; physicae
quae intelliguntur non describuntur (2) quarum L 17 posse ergo L 19 esse (1) eam speciem
geometricarum (2) speciem earum geometricarum (3) eas L 20 non geometricam L ändert Hrsg.
21 punctum (1) geometricè (2) analyticè L

1 parabolae: Leibniz meint die in H. van HEURAET, *Epistola de transmutatione curvarum linearum in rectas*, 1659, *DGS* I S. 517–520, als erstes Beispiel für die Rektifikationsmethode angeführte, heute als semikubisch bezeichnete Parabel $ay^2 = x^3$. 24 aliquis: z. B. Leibniz selbst; s. N. 39 S. 557 Z. 16–20.

descriptionem per constructionem tetragonisticam in illis casibus plerumque praelatum iri etiam analyticis etsi haberentur certe, etiamsi haberemus quadraturam circuli et omnium eius partium et sectionem angulorum universalem, quo facto cycloidis descriptionem analyticam haberemus; malleus tamen profecto volatione ista tam facili quam aliis regularum forte compositioribus describere.

Nota trochoeides parabolica dat sectionem rationis, et cycloeides linea dat sectionem anguli in data ratione; quae sunt illa duo magna geometriae desiderata.

Notabile est, cycloeidis ordinarum differentias geometricè describi posse, est enim figura angulorum, quam voco. Si Cartesiani obiciunt fila vel chordas non per minima flecti, certe nec ellipsis descriptio ope fili geometrica erit. Et vero nulla plane regula perfecte recta haberi potest; nec tamen ideo regulam et lineam rectam repudiamus.


Data curva invenire aliam cuius sit trochoeides est invenire curvam differentiis figurae propositae homogineam, imo paulo amplius quam homogineam nimirum aequalem. Itaque quodcumque curva dimensionis capax est, eius trochoeidem habemus. Itaque generaliter data curva non habemus statim eius trochoeidem. Etsi data evolutionali habeamus evolutam. Ita habemus figuram cuius trochoeides sit parabola, ea est scilicet quadratrix parabolae cubicae Heuratianae.

Videndum an paraboloeides aut hyperboloeides eae, in quibus exponentes non sunt numeri rationales intelligi possint geometricae, v.g. $y\sqrt{2} \propto x$. Non certe nisi ope trochoeidis meae.

Hyperbola est figura rationum; et $\frac{a}{\sqrt{2ax-x^2}}$ figura angulorum; et $\frac{ax}{\sqrt{2ax-x^2}}$ figura segmentorum.

22 Nach segmentorum, ohne Bezug zum weiteren Text:

Cycloeides est



1 constructionem (1) analyticam (2) tetragonisticam L 11f. repudiamus. (1) Recte ipse Cartesius; (2) Data L

10 ellipsis descriptio ope fili: R. DESCARTES, *Dioptrique*, 1637, S.90 bzw. *Dioptrice*, 1644, S.150 (vgl. *DO VI* S.166 bzw. S.623). 17 parabolae cubicae Heuratianae: s.o. Erl. zu S.487 Z.1.




fig. 1.

Esto parabola tangens planum vertice A , eius axis $ADFG$. Sumto in axe puncto F . (forte utile erit AF . aequari lateri recto) describatur trochoeides; ex cuius puncto C .

1 fig. 1.: Leibniz verwendet in der Vorlage den Buchstaben G zur Bezeichnung von zwei verschiedenen Punkten. Zur besseren Unterscheidung wird der zweite in der Figur und im Text mit G' benannt.

ordinata in axem immobilem consideratum, parabolae in prima statione existentis AF , demittatur; iungatur et $[BC.]$ punctum quo parabola nunc tangit planum, iuncta BC . erit perpendicularis ad curvam. $\frac{G'W}{WL} \propto \frac{a}{\sqrt{a^2+x^2}} \propto \frac{GD}{DC} \propto \frac{DC}{DH} \propto \frac{ED \propto CQ}{AD}$. Sumta ergo $FA \propto b$, et $FD \propto x$. erit $AD \propto b-x$. et fiet $ED \propto \frac{ba-ax}{\sqrt{a^2+x^2}}$. EC . autem aequalem
 5 curvae parabolae BM , appellare poterimus ψ fiet $CD \propto \frac{ba-ax}{\sqrt{a^2+x^2}} + \psi$. Sed inesse video errorem, [ratio $G'W$.] ad WL . non habetur. Omnia paulo consideratius agenda.




fig. 2.




fig. 3.


$AC \propto y$. $CD \propto x$. A . centrum hyperbolae BD , cuius vertex B . erit $y \propto \sqrt{a^2+x^2}$.
 10 Esto alia curva EL , cuius axis EF . cuius tangens GL . infinite parva, recta autem GL . ducta in constantem quandam a , aequetur ipsi $[AC.]$ ductae in GW . Patet rectangulum sub curva EL , et recta a . comprehensum aequari spatio BCD . GW , infinite parvam

2 BD. L ändert Hrsg. 3 $\frac{G'W}{WL} \propto (1) \frac{a}{a^2+y^2} (2) \frac{a}{\sqrt{a^2+x^2}} L$ 6 rationem $G. L$ ändert
 Hrsg. 8 f. $y \propto \sqrt{a^2+x^2}$. (1) $GW \propto \frac{a^2}{a^2}$ (2) Esto L 10 CD. L ändert Hrsg. 11 GW , (1) licet
 (2) infinite L


3 $\frac{G'W}{WL} \propto \frac{a}{\sqrt{a^2+x^2}}$: Die Gleichsetzung ist nicht zulässig. Leibniz erkennt den Fehler und setzt neu an.

appellemus 1. Ponamus $GL \sim a \cap \sqrt{a^2 + x^2}$. ergo $GL \cap \frac{\sqrt{a^2 + x^2}}{a}$. ergo $GL^2 \cap \frac{a^2 + x^2}{a^2}$,
 unde si auferatur $GW^2 \cap 1$. restabit $\frac{x^2}{a^2}$, et erit $WL \cap \frac{x}{a}$. Summa autem omnium
 WL . aequatur FL . at summa omnium $\frac{x}{a}$ $\cap \frac{[x^2]}{2a}$. Ergo $FL \cap \frac{[x^2]}{2a}$. Ergo EL . curva
 est parabolica, cuius latus rectum $2a$. aequatur lateri recto hyperbolae transversum et
 rectum aequalia habentis.

5



[Fig. 4]



[Fig. 5]

Porro quoniam iam quaestio est, an punctum quod trochoidem parabolicam descri-
 bere debet in curva an in axe sumendum sit, video naturalissimum videri, ut sumatur in
 axe, neque enim video cur in curva aliud pro alio sumatur; praeterea, non inciperet ita
 trochoeides ab ipso axe, si punctum sumeretur in curva; itaque naturalissimum arbitror
 in ipso axe sumere parabolae focum. Ita enim mirabilis naturae orietur linea continuabilis
 in infinitum, sed involuta, et serpentina, ubi scilicet punctum parabolae foco oppositum
 praeterierit. Antea perpendicularis ad curvam ex puncto parabolae semper ducetur ver-
 sus sinistrum, quando punctum foco oppositum in parabola, planum attigerit, tunc neque
 dextra erit neque sinistra sed perpendicularis; postea tendet in [dextrum]; unde habebit
 ibi flexum contrarium curva, si non involuta est.

10

15

In producto axe parabolae, fig. 3. sumatur $EP \cap$ quartae parti lateris eius recti \cap
 EF . erit $FP \cap a$. Et sumto in curva parabolae puncto quolibet Q . fiet $QR \cap QF \cap \frac{1}{2}a + y$

3 y^2 L ändert Hrsg. zweimal 4 aequatur (1) lateri tr (2) diametro (3) lateri L 7 iam (1)
 AN (a) \cap (b) in fig. 1 $\cap \sqrt{}$ (2) quaestio L 13 Antea (1) curvae punctum semper erit a latere (2)
 perpendicularis ad curvam | ex puncto parabolae erg. | semper L 15 sinistrum L ändert Hrsg.
 18 et (1) sumta in curva parabolae recta (2) sumto L

11 focum: Die folgenden Aussagen über die Gestalt der Kurve, die sich an fig. 1 orientieren, gelten nicht für die Trochoide des Brennpunktes, die eine nach oben offene Kettenlinie darstellt.

quae in fig. 1. $\square AE \square BC$ posita $AD \square y$. in dicta fig. 1. eritque $AE^2 \square \frac{a^2}{4} + ay + y^2$,

unde si auferatur $AD^2 \square y^2$, restabit: $\sqrt{\frac{a^2}{4} + ay}$ quae est applicata parabolae dimidii

lateris transversi, nam pro $\frac{a}{4} + y$. posito z . fiet \sqrt{az} . cui si addatur curva parabolica $\square \psi \square EC$, fiet DC ordinata $\square \sqrt{az} + \psi$.

5 Quemadmodum series inaequabiles non ideo negamus esse arithmeticas, quia calculo explicari possunt, etsi non aequatione; ita figurae quoque inaequabiles, quales sunt cycloides et mesolaba, cum descriptione accurata exhiberi possint, non est negandum geometricas esse, etsi sub aequationem non cadant.

10 Veteres constructionem aliam esse geometricam dicebant, aliam organicam; hanc Cartesius recte exposuit cum constet regulam et circulum organa quoque esse, etsi minus composita. Quicquid ergo organicum est, id geometricum est, modo supposita organi exactitudine, etiam lineam quandam veram seu geometricam, apparenti oppositam sequi necesse sit.

15 Si lineas eas appellamus geometricas, quarum ordinatae ad abscissas relationem habent calculo explicabilem; utique et logarithmica Renaldini ex eius et Gregorii et P. Pardies sententia erit geometrica, et curva quadratrix Wallisii: Sin ait Cartesius eas ideo non sufficere, ut calculo explicentur, sed ut aequatione, quod fieri non potest: Afferat distinctionis causam. Nam et series arithmeticae ut dixi non semper aequatione explicari possunt, v. g. progressio geometrica. Sin rationem affert; quod hae lineae quae sub
20 calculum cadunt describi tamen nisi aequationis sint capaces nequeant: videt ergo non


2 applicata (1) eiusdem parabolae, ad aliam licet diametrum (2) parabolae L 5 Quemadmodum (1) figuras (2) series L 5 esse (1) geometricas (2) arithmeticas, (a) ita (b) quia L 13 f. sit. (1) Si C (2) Si (a) cum Cartesio (b) lineas L 20 capaces (1) ope calculi, (2) nequeant L

10 Cartesius: *Geometria*, 1659, *DGS* I S.17–19 (vgl. *DO* VI S.388–390). 15 f. logarithmica Renaldini: J. Gregory erwähnt in seiner Verteidigung der Logarithmuskurve, *Geometriae pars universalis*, 1668, Prooemium, die Mediceischen Kurven von Renaldini, bei denen es sich jedoch um spezielle Kurven zur Gleichungslösung handelt; Leibniz bezieht sich vermutlich auf die mißverständliche Darstellung des Sachverhalts durch die Rezension von Gregorys Werk in den *Philosophical Transactions* III Nr. 35 vom 18./28. Mai 1668 S. 685–688, insbesondere S. 685 f. — P. Pardies: *Éléments de géométrie*, 1671, préface. — curva quadratrix Wallisii: *Arithmetica infinitorum*, 1656, Scholium nach prop. 194 S. 196 (*WO* I S. 477).

calculus, sed describendi potestatem lineas reddere geometricas; et quasdam analyticas describi non posse, ac proinde non esse geometricas, vicissim quasdam geometricas calculari non posse atque adeo non esse analyticas.

$2ax \sqcap y^2$. $\mathcal{Z}al \sqcap \mathcal{Z}y^2$. Ergo $l \sqcap x$. Iam $\frac{l}{y} \sqcap \frac{\beta}{w}$. Ergo $w \sqcap \frac{y\beta}{x} \sqcap \frac{\beta\sqrt{2ax}}{x}$. eius quadrato addatur 1. fiet: $\frac{\sqrt{2ax+x^2}}{x}$. quae curva proinde pendet ex quad. hyp. Unde 5

$2ax + x^2 \sqcap \frac{x^2 y^2}{a}$ sive: $\frac{2a^3}{y^2 - a^2}$. Porro et $2ax \sqcap 2yl$. et $\frac{ax}{y} \sqcap l$. et pro x . ponendo $\frac{y^2}{2a}$. fiet: $\frac{ay^2}{2ay} \sqcap \frac{y}{2}$. Iam $\frac{l}{x} \sqcap \frac{\beta}{w}$. erit $w \sqcap \frac{2x\beta}{y} \sqcap \frac{2y^2}{2ay} \sqcap \frac{y}{a}$. et cuius quadrato addendo 1. fiet $\frac{y^2 + a^2}{a^2}$. cuius radix $\frac{\sqrt{y^2 + a^2}}{a}$. homogenea ordinatae hyperbolae et exprimens curvam parabolae. Interea valde notabile est, quod ita detexi eandem curvam diversis figuris homogeneam esse posse. 10




[Fig. 6]

Hyperbola: $a^2 \sqcap xy$. Unde $-xy \sqcap \not\neq l$. Iam $\frac{x}{l} \sqcap \frac{w}{\beta}$. Ergo $\frac{x\beta}{-y}$ seu $\frac{a^2\beta}{-y^2} \sqcap w$. cuius quadratum $\frac{a^4\beta^2}{y^4}$. Addatur β^2 . fiet: $\sqrt{\frac{a^4\beta^2 + \beta^2 y^4}{y^4}}$. seu $\frac{\beta}{y^2} \sqrt{a^4 + y^4}$. homogenea curvae hyperbolicae $\not\neq a^2 + x^2 \sqcap y^2$. Unde $\mathcal{Z}xl \sqcap \mathcal{Z}y^2$. Unde $l \sqcap \frac{y^2}{x} \sqcap \frac{\not\neq a^2 + x^2}{x}$. Iam


1 describendi (1) possibilitat (2) potestatem $L \quad 7 \sqcap \frac{y}{a}$. (1) Unde auferendo a^2 (2) et L

$w \propto \frac{y\beta}{l} \propto \frac{y\beta}{\frac{y^2}{x}} \propto \frac{x\beta}{y} \propto \frac{x\beta}{\sqrt{\mp a^2 + x^2}}$. Ad $\frac{x^2}{\mp a^2 + x^2}$ addatur 1. fiet: $\frac{x^2 \mp a^2 + x^2}{\mp a^2 + x^2}$, et

$\sqrt{\frac{2x^2 \mp a^2}{\mp a^2 + x^2}} \propto \sqrt{1 \frac{[+x^2]}{\mp a^2 + x^2}}$. homogenea curvae hyperbolicae. Ope huius inventi semper plurium curvarum quadraturae alterius ad alteram reduci possunt.



[Fig. 7]



[Fig. 8]

5 Ellipsis $a^2 - \frac{a}{b}y^2 \propto x^2$. Unde $-\frac{2a}{b}yl \propto 2x^2$. sive $l \propto -\frac{bx^2}{ay} \propto \frac{-ba^2 + ay^2}{ay}$. Iam $w \propto \frac{y\beta}{l}$.

Ergo $w \propto \frac{y^2\beta a}{-ba^2 + ay^2}$, sive cum est explicanda prius y . addatur 1. ad eius quad. fiet:

$$\sqrt{\frac{2y^4a^2 + b^2a^4 - 2ba^3y^2 \overbrace{(+a^2y^4)}}{b^2a^4 - 2ba^3y^2b + a^2y^4}} \propto \sqrt{\frac{2y^4a^2 + b^2a^4 - 2ba^3y^2}{\mp ba^2 \mp ay^2}}$$
, sive $\frac{\sqrt{2y^4 + b^2a^2 - 2bay^2}}{y + \sqrt{ba}} \wedge y - \sqrt{ba}$.

Hinc puto inveniri posse tandem dimensionem curvae ellipticae. Additis iis quae de momento curvae ellipticae dicta sunt.

10 Curvae hyperbolicae valor pariter ex ellipticae quaeratur et explicata recta x . item sumta hac aequatione: $2av \mp \frac{a}{b}v^2 \propto z^2$. Quia curva hyperbolica est $\sqrt{\frac{2x^2 \mp a^2}{\mp a^2 + x^2}}$. ducatur in $\sqrt{\mp a^2 + x^2}$, eius momentum ex axe erit: $\sqrt{2x^2 \mp a^2}$. quod pendet ex quad. hyp. Iam

2 $\mp a^2$ L ändert Hrsg. 6 cum ... prius y. erg. L 9f. sunt. (1) Momentum curvae hyperbolicae quaeratur (2) Curvae L

eadem curva et sic exprimitur: $\frac{\sqrt{a^4 + y^4}}{y^2}$. Eius momentum ex asymptoto est: $\frac{\sqrt{a^4 + y^4}}{y}$.

Cuius momentum ex y . est $\sqrt{a^4 + y^4}$. Momentum ex axe est $\frac{a^4}{y^2} + y^2$. Quod habetur

pure. Iam $\frac{a^4 + y^4}{y^2} \sqcap x^2$. Unde $y^4 - x^2 y^2 + x^4 \sqcap x^4 - a^4$. Unde $y^2 \sqcap \mp \sqrt{x^4 - a^4} + x^2$. Quod

momentum pendet ex quad. hyp. quia $\sqrt{x^4 + a^4}$ pendet ex quad. hyp. ut ostendi plagula

9. pag. 2. huius schediasmatis. Iam puto has duas figuras $\sqrt{x^4 - a^4}$, et $\sqrt{x^4 + a^4}$ non differre, sed esse eandem, ut $\sqrt{x^2 + a^2}$, et $\sqrt{x^2 - a^2}$ non differunt. Cum ergo hoc modo

tria habeamus momenta, figurae huius quae curvae hyperbolicae homogenea est, sequitur credo haberi ipsam figuram, et proinde et curvam, ex quad. hyp. Ipsae autem figurae

ordinata y . erit $\sqcap \sqrt{\mp \sqrt{x^4 - a^4} + x^2}$. In spem ex his venio dandae dimensionis curvae

ellipticae et hyperbolicae. Memini Iac. Gregorium asserere, se dare centrum gravitatis curvae parabolae ex quad. circuli et hyperbolae; idem dicit Wallisius. Ego vero id dare

possum ex sola quad. hyp. Hinc si non erramus aliquis dabit quad. circ. ex data quad. hyp. In eandem pene spem ex curvae ellipticae dimensione et momento erigor.

6 differunt. (1) Et $y \sqcap$ (2) Porro $y \sqcap \sqrt{\mp \sqrt{x^4 - a^4} + x^2}$ quae (3) Cum L 7 habeamus (1) curvae (2) momenta L 9 $\sqrt{\mp \sqrt{x^4 - a^4} + x^2}$. (1) Iam quaeramus eius differentiam a $\sqrt{+\sqrt{x^4 - a^4} - x^2}$ (2) In L

3 $y^4 - x^2 y^2 + x^4$: Leibniz erweitert bei der quadratischen Ergänzung mit x^4 statt mit $\frac{x^4}{4}$. Der

Fehler wirkt sich auf die folgenden Gleichungen aus, jedoch nicht auf die grundsätzliche Überlegung.

4 ostendi: s. o. N. 38₁₁ S. 478 Z. 6 f. 10 Iac. Gregorium: *Vera circuli et hyperbolae quadratura*, 1668, Postscriptum S. 60.

11 Wallisius: Die für die Berechnung des Kurvenschwerpunkts erforderlichen Werte der Bogenlänge der Parabel und der Oberfläche ihres Drehkörpers bestimmt Wallis erstmals in *Tractatus duo*, 1659, S. 97–99 (*WO I S.* 554–556). Leibniz bezieht sich vermutlich — wie in *De hyperbola* (Cc 2, Nr. 612) — auf *Mechanica*, 1670–71, pars 2 cap. 5 prop. 31 S. [544]–555 und das Scholium S. 747 bis 753 (*WO I S.* 916–930).

Curva $\frac{a^2}{a^2 + y^2} \propto x^2$. pendet ex quad. circuli. Est enim momentum anonymae lineae ex basi. Ergo et $\frac{y^2}{a^2 + y^2} \propto x^2$. Earum summa: $\frac{a + y}{\sqrt{a^2 + y^2}} \propto z$. et quadrando: $\frac{a^2 + y^2 + 2ay}{a^2 + y^2}$ [*bricht ab*]

2 Über Ergo et $\frac{y^2}{a^2 + y^2}$: \mathfrak{S}


3 Am Rande, gestrichen: $\sqrt{\frac{a^2\beta^2}{y^2} - \beta^2} \propto \frac{\sqrt{a^2\beta^2 - \beta^2y^2}}{y}$. Quadratum ergo est momentum hyperbolae ex diametro coniugata, et habebitur curva logarithmorum. $a^2 - y^2 \propto x^2$. Ergo $y^2 \propto x^2 + a^2$ [!]. Quadrata ergo omnium inveniendae sunt. Ea vero habentur; habetur ergo curva quae sit homogenea elementis hyperbolae. Atque ita perfectam habebimus logarithmorum descriptionem.

8 ergo (1) momentum hyperbolae (2) curva L

38₁₃. DE SERIERUM SUMMIS ET DE QUADRATURIS PARS UNDECIMA

Überlieferung: L Konzept: LH 35 V 4 Bl. 24–25. 1 Bog. 2°. 4 S. Überschrift ergänzt.
Cc 2, Nr. 775 A tlw.

Plagula XI. schediasmatis de seriebus et summis.



[Fig. 1]

5

Veniunt in mentem res tanti momenti, circa curvam constructricem generalem, sive trochoidem parabolicam, ut non possim non persequi.

7 parabolicam, | ut *streicht Hrsg.* | ut L

5 *Fig. 1:* Die flüchtig skizzierte Figur der Handschrift bildet die tatsächlichen Lage- und Größenverhältnisse nur stark verzerrt ab. Da Leibniz dies im Text kommentiert und punktuell korrigiert, wird die Figur möglichst vorlagengetreu wiedergegeben. — Zwei verschiedene Punkte, die Leibniz beide mit dem Buchstaben *D* bezeichnet, werden *D* u. *D'* benannt.

Descripta intelligatur trochoeides nostra, $[ABC]$. Parabola genitrix in situ descriptionis, $GDFH$. tangens planum LM . in puncto F . eius vertex D . umbilicus curvam ABC . describens $[B]$. FB . perpendicularis ad curvam. $D'L$. ipsi aequalis et parallela quia $D'B$. aequalis et parallela ipsi LF . Et FN . aequalis utrique ex proprietate parabolae, posito
5 BP . esse eius latus rectum dimidium.

Et quia LM . tangit parabolam, ideo erit $DQ \cap DR$. seu QR . dupla ipsius QD . Axis DB . producat in S . dum QS . fiet aequa ipsi BP . et ex nota parabolae proprietate SF . erit ipsi perpendicularis in F , et proinde angulus SFM . rectus et anguli SFL . et SFM . aequales, quamquam figura id non ita ferat, sed provideri talia ab initio tumultuaria
10 descriptione non potuere. Ergo recta SF . parallela rectae AL . Iungatur BN . erit $BN \cap FS$. et triangula BPN . et SQF . aequalia et similia.

Ergo triangula SQF , (vel BPN .) et FQR . et BTR . erunt similia. Sunt autem BT . et SF . parallelae. Ex tot proprietatibus innumera poterunt duci theoremata memorabilia, sed et quadraturae (applicando ordinatas nunc ad axem parabolae, nunc ad axem trochoeidis.) et solidorum ac superficierum dimensiones. Sed quoniam nunc non nisi curvae
15 aequationem quaerimus; illa in aliud tempus differemus.

Iam datur BR , posita enim $DQ \cap x \cap DR$, erit $BR \cap x + \frac{a}{2}$. ponendo latus rectum parabolae, $2a$.

Hinc iam facile habetur $FT \cap VD'$. Nam habetur $BF \cap QP \cap BR \cap \frac{a}{2} + x$.


11 *Am Rande:* Etiam FB . vel FN . vel QP . $\cap BR$

1 nostra, $[ACD \text{ ändert Hrsq.}]$. (1) Descripta sit et parabola, genitricis dimidium habens latus rectum, $AD'E$. (2) Parabola L 2 $GDFH$. (1) eius axis (2) tangens L 2f. umbilicus (1) B . describ (2) curvam ABC . describens $[C \text{ ändert Hrsq.}]$. FB . perpendicularis L 6 QD . (1) Cumque rectae sint parallelae (2) Axis L 10 potuere. (1) Perpetuo (2) Ergo (a) anguli (b) triangula (3) Ergo L 10f. $BN \cap FS$. (1) et ei parallela (2) et L 15f. quoniam (1) satis (2) nunc (a) nis (b) non nisi curvae (a) descriptionem quaerimus (b) aequationem quaerimus; (aa) ista (bb) missa (cc) ita (dd) illa L 17 datur (1) BT ad TR (2) BR , (a) quae est (b) posita L 18f. 2a. (1) Iam

$\frac{BT}{BR \cap x + \frac{a}{2}} \cap \frac{FQ \cap \sqrt{2ax}}{QR \cap 2x}$. Erit $BT \cap \frac{x + \frac{a}{2} \sqrt{2ax}}{2x}$. $FT \cap TV$ (!). Nam habetur FB (2) Hinc L

19 $FT \cap VD'$. (1) Nam habetur VD' \cap (2) Nam L

16 differemus: vgl. *De trochoeidibus et relationibus reductarum ad ordinatas* (Cc 2, Nr. 828), datiert 24. Dezember 1674.



$Q\Omega \perp 2DB \perp BP$.
 Angulus $BFT \perp [NFT]$.

fig. 2.

Iam sciendum est F potius cadere debere ibi ubi parenthesi (F) inclusum, et erit triangulum, RBF , isosceles, et $RT \perp TF$. Verus situs est in fig. 2. Tunc enim $BR \perp BF \perp FN \perp PQ \perp \frac{a}{2} + x$. Ergo DT parallela QF . Porro ut RF ad $[QR]$, id est, ut $\sqrt{4x^2 + 2ax}$ ad $2x$. ita $BF \perp BR \perp [RN] \perp PQ \perp D'L$ ad $RT \perp TF \perp D'V$ seu $\frac{a}{2} + x$. ad quartam.

Ergo $\frac{\sqrt{4x^2 + 2ax}}{2x} \perp \frac{\frac{a}{2} + x}{D'V}$, et $D'V \perp \frac{ax + 2x^2}{\sqrt{4x^2 + 2ax}}$. Unde $\frac{a^2x^{\cancel{2}} + 4ax^{\cancel{2}} + 4x^{\cancel{2}3}}{4x^{\cancel{2}} + 2a\cancel{x}} \perp D'V^2$.

498,19+499,4 $\perp \frac{a}{2} + x$ (1), eius quadratum est $x^2 + ax + \frac{a^2}{4}$. Unde auferatur quadratum ipsius BT.

(a) fiet: (b) nempe $\frac{x^2 + ax + \frac{a^2}{4} - \frac{a^2}{4}}{2ax^{\cancel{2}}}$ fiet: $\frac{2x^3 + 2ax^2 + \frac{a^2x}{2} - ax^2 - a^2x - \frac{a^3}{4}}{2x}$ sive

$\frac{2x^3 + ax^2 + \frac{a^2x}{4} - \frac{a^3}{4}}{2x} \perp$ quadrato ipsius FT. Sed suspicor calculi errorem, cum enim sit BF semper maior quam BT, | aut saltem aequalis erg. | hoc calculo posset fieri minor. (2) Nimirum (3) Iam L

2 NFB L ändert Hrsg. 5 fig. 2. (1) Unde et ratio patet erroris (2) Tunc L 6 ut (1) RQ $\perp 2x$ ad $\sqrt{2ax} \perp QF$ (2) RF ad | QF ändert Hrsg. |, id L 7 BN L ändert Hrsg. 8 D'V $\perp \frac{ax + 2x^2}{\sqrt{4x^2 + 2ax}}$. (1)


Quae (2) Unde $\frac{ax^{\cancel{2}} + 2x^{\cancel{2}}}{4x^{\cancel{2}} + 2a\cancel{x}} \perp y^2$. (3) Unde $ax^2 + 2x \perp 4xy^2 + 2ay^2$, et $x \perp 2ay^2$ (4) Unde L

et quia dividi potest, per $2x + a$, fiet: $x \hat{=} a + 2x \sqcap 2D'V^2$, quae est aequatio ad hyperbolam. Unde patet RF esse velut diagonalem semiquadrati RBF . Iam si $\frac{a^2}{4} + ax + x^2$, auferatur: $\frac{xa}{2} + x^2$, restabit: $\frac{a^2}{4} + \frac{ax}{2}$, sive $\frac{a^2 + 2ax}{4}$ et $\frac{\sqrt{a^2 + 2ax}}{2} \sqcap LV \sqcap BT$. Iam LV , vocando y . fiet $4y^2 \sqcap a^2 + 2ax$, et erit $\frac{4y^2 - a^2}{2a} \sqcap x$. quem valorem ipsius x . inserendo in $D'V^2 \sqcap \frac{xa + 2x^2}{2}$, fiet: $D'V^2 \sqcap \frac{\frac{4y^2 - a^2}{2a} \hat{=} \phi + \frac{16y^4 - 8a^2y^2 + a^4}{24a^2} \hat{=} \psi}{2}$ sive $[4a^2] D'V^2 \sqcap 4y^2a^2 \boxed{-a^4} + 16y^4 - 8a^2y^2 \boxed{+a^4}$. et fiet: $D'V \sqcap \frac{\psi y}{\psi a} \sqrt{[4]y^2 - a^2}$.

Habemus ergo naturam curvae nostrae, quantum licet aequatione expressam, nam abscissa LV , posita y , erit ordinata $[VB] \sqcap \frac{y\sqrt{[4]y^2 - a^2}}{a} \ddagger$ (puto $+$, sed examinandum in vero situ) $D'B$. $D'B$ autem iam aequetur curvae parabolicae. DF explicari analytice non potest, nisi per seriem numerorum.

1 potest, | fiet *streicht Hrsg.* | per L 2 patet (1) quadratum ipsius R (2) RF esse velut diagonalem (a), et D' (b) quadrati (c) semiquadrati L 6 $4a^2$ *erg. Hrsg.* 6 f. $D'V \sqcap \frac{\psi y}{\psi a} | \sqrt{2y^2 - a^2}$ *ändert Hrsg.* | (1) quae facile in aliam transmutan (2) sive $D'V \sqcap \frac{y}{a} \sqrt{y\sqrt{2} + a, \hat{=} y\sqrt{2} - a}$ et $y\sqrt{2} - a$ vocando (3). Habemus L 8 $D'C L$ *ändert Hrsg.* 8 2 L *ändert Hrsg.*

2 semiquadrati RBF : RBF ist nur für den Spezialfall $x = \frac{a}{2}$ ein halbes Quadrat. 8 ordinata: Für die Trochoide des Brennpunkts gilt $VB = -D'V + D'B$.



[Fig. 3]

Inspice figuram hic ascriptam, in ea: $Q\Omega \sqcap BP \sqcap a$. $DP \sqcap DB \sqcap \frac{a}{2}$. $DR \sqcap DQ \sqcap x$. $2DT \sqcap QF \sqcap \sqrt{2ax}$. $FB \sqcap FN$. Ergo $BT \sqcap TN$. et recta [RTF], angulum BFN bissecat. Iam $FN \sqcap x + \frac{a}{2} \sqcap FB$. et $BR \sqcap DR$ seu $x + DB$ seu $\frac{a}{2}$. ergo $FB \sqcap FN \sqcap BR \sqcap x + \frac{a}{2}$. Porro ad $QF^2 \sqcap 2ax$, addatur $Q\Omega^2 \sqcap a^2$, fiet: $\sqrt{a^2 + 2ax}$ 5
 $\sqcap \Omega F$. Et quia QD dimidia ipsius QR . seu DT . ipsius QF . erit TF dimidia ipsius RF ,

500,10–501,2 numerorum. (1) Tantum addam AL aequari BD ($\sqcap \frac{a}{2}$) $\sqcap D'L$. Ergo circulum (a) per (b) centro L ; radio LD' descriptum transire per (A) locum ipsius A verum. Ergo iam invenio: (2) Unum iam superest monendum nempe BT (a) aequari (b) sive LV , aequari BQ et proinde quod optabam DQ abscissam parabolae, aequari AV , abscissae trochoeidis respondenti, ac proinde, (aa) descripta (bbb) semiparabola DFH , translata in AW , nempe D in A , et F in W erectaque $WVD'B$, (aaa) curvam (bbb) rectam $D'B$ fore curvae AW aequalem. ($aaaa$) Rectius ($bbbb$) Utilius ergo pro VL , incognitam ($aaaaa$) sumemus ($bbbbb$) abscissam sumemus AV , aequalem abscissae parabolicae x . Unum optarem, ut et VD' fieret $\sqcap VW$. Sed hoc calculus negat, experiar denuo; a quadrato $D'L \sqcap \frac{a^2 + 4ax + x^2}{4}$, | auferatur *streicht* *Hrsg.* | auferatur quadratum VL seu $\frac{a^2 - 4ax + x^2}{4}$, restabit $\frac{8ax}{4}$, seu $2ax$. Ergo $D'V \sqcap \sqrt{2ax}$, $\sqcap VW$. quod est verissimum. Est ergo AD' , vel AW , ipsa parabola generatrix. Huc usque ergo plane satisfactum est voto. — Sed iam incipio vereri, ne error sit in illa suppositione, quod scilicet $DQ \sqcap AV$, $DF \sqcap VD'$, et $BQ \sqcap VL \sqcap BT$. (3) Inspice L 3 BTN L ändert *Hrsg.* 5 f. $\sqrt{a^2 + 2ax}$ | $\sqcap \Omega F$ erg. *Hrsg.* | (1), eiusque dimidium (2). Et L

et BT ipsius ΩF . Ergo $BT \sqcap \frac{\sqrt{a^2 + 2ax}}{2}$ quae in figura prima primae paginae $\sqcap [LV]$.

Eius quadratum $\frac{a^2 + 2ax}{4}$ auferatur a quadrato ipsius BF , quod est $\frac{4x^2 + 4ax + a^2}{4}$,

restabit: $\frac{4x^2 + 2ax}{4} \sqcap \frac{2x^2 + ax}{2} \sqcap TF^2$ ut supra. Item a BF^2 , seu $\frac{4x^2 + 4ax + a^2}{4}$ au-

feratur $QF^2 \sqcap \frac{8ax}{4}$, fiet: $\frac{4x^2 + 4ax - 8ax + a^2}{4}$, $\sqcap BQ^2$, et erit $BQ \sqcap \frac{\mp 2x \pm a}{2}$ sive erit

- 5 BQ . differentia inter x et $\frac{a}{2}$, quod et dudum constat_[3] est enim utique BQ differentia inter DQ et DB . Unde satis apparet non esse BT aequale ipsi BQ nec ideo in figura primae paginae prima $AV \sqcap DQ$. Quare nec AD' curva est parabolica generatrici eadem; ut in cycloide evenit.

Nunc BT appellando y , fiet:

10 $\frac{a^2 + 2ax}{4} \sqcap y^2$. et $x \sqcap \frac{4y^2 - a^2}{2a}$. et $x^2 \sqcap \frac{16y^4 - 8a^2y^2 + a^4}{4a^2}$, inseratur valori ipsius

TF^2 , fiet: $\frac{16y^4 - 8a^2y^2 \boxed{+a^4}}{[4]a^2} + \frac{4y^2 \boxed{-a^2}}{[4]} \sqcap \frac{16y^4 - 4a^2y^2}{[4]a^2}$ ut supra.

1 f. paginae $\sqcap |AV. \text{ ändert Hrsg.} | (1)$ Ab eius quadrato $\frac{a^2 + 2ax}{4}$ auferatur quadratum ipsius DB , quod est $\frac{a^2}{4}$ (2) Eius L 8 f. evenit. (1) Si ab $x + \frac{a}{2}$ auferatur TF (2) Nunc L 11 fiet:

$| \frac{16y^4 - 8a^2y^2 + \boxed{a^4}}{2a^2} \text{ ändert Hrsg.} | (1) + 4y^2 \boxed{-a^2} \sqcap \frac{16y^4}{2a^2}$ et erit $TF \sqcap \frac{4y^2}{a\sqrt{2}}$ sive $\sqcap \frac{2y^2\sqrt{2}}{a}$; unde

aequatio: $y^2 \sqcap \frac{aTF}{2\sqrt{2}}$ (a) cuius latus (b) quae indicat curvam $AD'E$ in fig. 1 pagina prima huius plagulae

esse parabolam quidem, sed cuius latus (aa) transversum (bb) rectum $\frac{a}{2\sqrt{2}}$. est ad $2a$ latus rectum

parabola generatricis, $\frac{a}{4\sqrt{2}}$ ut 1 ad $4\sqrt{2}$, seu ut 1 ad Rq 32. Cumque omnis parabola alteri sit similis,

modo et similiter posita sit, (quod secus est in ellipsi et hyperbola latus rectum transversumque aequalia habente) ac proinde omnis parabola possit ita collocari, ut alteri parallela reddatur, seu ut omnis recta uni perpendicularis producta etiam sit alteri perpendicularis; ideoque intelligi potest hanc novam parabolam eodem, cum genitrice trochoeidis, seu data parabola, tempore describi posse; quod utile est, ne diversae

descriptiones turbent exactitudinem. (2) $| + \frac{4y^2 \boxed{-a^2}}{2} \sqcap \frac{16y^4 - 4a^2y^2}{2a^2} \text{ ändert Hrsg.} |$ ut L

3 ut supra: S. 500 Z. 1. 11 ut supra: S. 500 Z. 5.

Ergo ut concludamus ut ante: abscissa LV posita y , ordinata trochoeidis parabolicae seu $[VB]$ erit $\pi \frac{y}{a} \sqrt{[4y^2 - a^2]} + DNF$ posito DNF esse curvam parabolicam et nota $D'V$ esse $\pi \sqrt{\frac{y, y, 4y + 2a, 4y - 2a}{[4]a^2}}$.

Hactenus de trochoeide nostra quae describitur ab umbilico. Superest, ut consideremus an commodior illa futura sit, quae describitur a parabolae vertice, qualis est $L\lambda D$ ad quam recta FD erit perpendicularis unde ordinata ducatur λ producenda dum ipsi $L\lambda$ parallelae ad FD , occurrat in σ erit $D\sigma$ arcui DNF aequalis. Ordinata ergo $D\lambda$ erit curva minuta recta $[\lambda\sigma]$ cuius superest ut quaeramus valorem.

Habetur valor ipsius FD . Nam QD posita x , fiet $FD \pi \sqrt{x^2 + 2ax}$. Porro $\lambda L \pi D\eta$ facile habetur, nam ut $RF \pi \sqrt{4x^2 + 2ax}$, ad QF seu $\sqrt{2ax}$ ita $RD \pi x$, ad $D\eta$. Ergo $\frac{D\eta}{x} \pi \sqrt{\frac{2ax}{4x^2 + 2ax}}$ et fiet: $D\eta \pi \sqrt{\frac{2ax^2}{4x + 2a}} \pi x \sqrt{\frac{2a}{24x + 2a}} \pi y$. ponendo $D\eta \pi y$. et fiet: $x^2 a \pi 2y^2 x + ay^2$. et fiet: $x^2 - \frac{2y^2}{a}x + \frac{y^4}{a^2} \pi \frac{y^4}{a^2} + y^2$ et erit $\mp x \pm \frac{y^2}{a} \pi \frac{y}{a} \sqrt{y^2 + a^2}$, sive $x \pi \mp \frac{y}{a} \sqrt{y^2 + a^2} + \frac{y^2}{a}$.

1 ante (1) recta (2) abscissa L 2 $y^2 - 2a^2$ L ändert Hrsg. 2 D'C L ändert Hrsg. 3 2 L ändert Hrsg. 8 $L\lambda$ L ändert Hrsg. 9 posita x, |fiet: streicht Hrsg. | fiet L 10f. Ergo $\frac{D\eta}{x} \pi$
 (1) $\sqrt{\frac{24x^2 + 2ax}{2ax}}$ vel $D\eta \pi x \sqrt{\frac{2x + a}{a}}$ πy ponendo |igitur gestr. | $D\eta \pi y$. Itaque $2x^3 + ax^2 \pi ay^2$.
 Iam $L\lambda^2 \pi \frac{2x^3 + ax^2}{a}$ subtrahatur a $\lambda\sigma^2$ seu a $x^2 + 2ax$, residui quadratum (videndum ne error calculi insit, nam videtur aliquando id quadratum minus nihilo fieri posse) (2) $\sqrt{\frac{2ax}{4x^2 + 2ax}}$ L

1 ut ante: vgl. Erl. zu S. 500 Z. 8.

Porro $\int \frac{-2ax^2}{4x+2a} + x^2 + 2ax$ (seu $FD^2[-]D\eta^2$) \int
 $\frac{-2ax^2 + 4x^3 [+ 4a^2x + 2ax^2 + 8ax^2]}{4x+2a}$; in quo si substituatur valor ipsius x , habebitur

itaque aequatio satis composita, explicans valorem ipsarum \int per ipsas L abscissas. Ut proinde satius tandem videatur trochoeide uti ab umbilico descripta. Poterit tamen
 5 examinis causa describi utraque, quoniam id fit eodem tempore.

Descriptio autem ope fili ex materia non facile distendibili, in asseris zonam parabolicam tangentis incisuram se indentis, ponderis appensi tendentisque vi; asserere interea et tabulam fixam in quam stylus agit, circumferente; perfectissime describetur; cum eadem
 10 opera et evolutionalis parabolica in pariete fixo a stylo asseri infixio possit describi. Stylus autem acicula esse potest in materia molluscula lineam inscribens.

Sed satis de descriptione veniamus ad usum. Ubi unum ante adiciam lineam istam pantometram aut similem esse absolute necessariam ad perfectionem geometriae[,] sunt enim problemata analytice soluta, seu quae calculo fieri possunt, et quorum tamen constructio geometrica per lineas analyticas non datur; qualia sunt: rationem secare in
 15 ratione duorum numerorum irrationalium. Haec autem problemata impossibile est solvi geometricae nisi per lineas non analyticas. Fatenda est ergo necessitas linearum non analyticarum in geometria. Praeterea [impossibile] est lineam inveniri analyticam quae sit omnium graduum simul; qualis ista est: itaque tot opus est curvis Cartesiana construendi methodo, quot sunt genera aequationum, cum linea pantometra sola sufficiat omnibus.

20 Vid. part. XII.

1 f. (seu $FD^2| + D\eta^2$) $\int \frac{-2ax + 4x^3 + 2a^2x}{4x+2a}$ ändert Hrsg.; (1) et fiet: \int \int in L

17 Praeterea |impossibilis ändert Hrsg. | est lineam inveniri (1) geometricam (2) analyticam L

18 f. Cartesiana construendi methodo: *Geometria*, 1659, *DGS* I S. 84 f. u. 105 f. (vgl. *DO* VI S. 463 f. u. 485).

38₁₄. DE SERIERUM SUMMIS ET DE QUADRATURIS PARS DUODECIMA

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 4 Bl. 26–27. 4 S. Fig. 1, 2, 4, 6 mit Vorstufen und Korrekturen.
Cc 2, Nr. 775 A tlw.

Pars XII schediasmatis de quadraturis figurarum et summis serierum. 5

Nunc ad usum figurae nostrae pantometrae veniamus. Vide hic fig. 1.




fig. 1

Si Ad sint inter se ut numeri, spatia $Ad\beta$. erunt inter se ut eorum logarithmi per inventa Gregorii a S. Vincentio. Sit centrum C . vertex E . axis Cf . Ducantur ordinatae βf . ad axem. Et eadem producantur dum asymptotis occurrant in g . 10

9 axis (1) | EF. streicht Hrsg. | (2) Cf. L

7 fig. 1: Leibniz hat eine erste Fassung der Figur gestrichen und in der zweiten Punktbezeichnungen geändert, den Text aber nicht konsequent angepaßt. Es wird an die Bezeichnungen der gültigen Figur angeglichen. 9 S. Vincentio: *Opus geometricum*, 1647, Buch VI prop. 125–130 S. 594–597.

Spatium $\beta Ad\beta$. est rectangulum $Ad\beta$. demto curvilineo $\beta\lambda\beta$. Esto dd . vel $dA \sqcap b$.
